AUTHOR:

KEIL, ALBERT

TITLE:

DE PARTICVLARVM FINALIVM GRAECARVM...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

[1880]

Master Negative #

91-80315-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Keil, Albert, 1857-
De particvlarvm finalivm graecarvm vi principali et vsv Homerico. Dissertatio inavgvralis philologica qvam ... pvblice defendet avctor Albertvs Keil ... Halis Saxonum, typis Heynemannianis, [1880]
58 p. 22 cm.

Thesis, Halle, 1880.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 10/29/91 INITIALS MED
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE PARTICVLARVM FINALIVM GRAECARVM VI PRINCIPALI ET VSV HOMERICO.

DISSERTATIO
INAVGVRALIS PHILOLOGICA
QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
VNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI
CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA
AD
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
VNA CVM THESIBVS A SE PROPOSITIS
DIE XXII M. APR. A. MDCCCLXXX
HORA XII
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR

ALBERTVS KEIL
ISLEBIENSIS.

ADVERSARIORVM PARTIBVS FVNGENTVR
JOHANNES DAEHN, DD. PHIL.
OTTO SCHEDE, CAND. PHIL.

HALIS SAXONVM
TYPIS HEYNEMANNIANIS.

PARENTIBVS CARISSIMIS

PIETATIS DOCVMENTVM.

Convenit adhuc inter viros doctos eas particulas, a quibus enuntiationes finales incipiunt: ἵνα, ὄφρα, ἕως, ὡς, ὅπως a diversis quidem principiis ad hanc significationem deductas esse, sed in ipso usu nullam praeter tempora et genera dicendi intercedere inter eas diversitatem. Quod quamquam non video usquam expressis verbis esse dictum, attamen ex silentio, quod ea de re obtinetur, concludendum est. Sed neque de primaria significatione earum particularum adhuc semper recte iudicatum puto neque ea quaestio omnino iure mihi videtur neglecta, utrum eae in usu plane idem valeant necne. Quam ob rem non sine causa aggredior ad has quaestiones solvendas, et ita quidem, ut exempla afferam non nisi homerica, ea potissimum adductus causa, quod, si omnino mihi licet sperare hac in disquisitione me aliquid esse consecuturum, necesse est ex antiquissimis hauriam linguae graecae monumentis, quippe in quibus, si usquam, probabile sit et principia, a quibus illae particulae ad vim finalem pervenerunt, latius etiam patere quam alibi et has particulas finales ipsas aliquid certe ex notione principali servasse necdum prorsus in unam eandemque confluxisse significationem.

Sed priusquam ad rem ipsam aggrediar, paucis disseram et de etymologia et de usu illarum particularum in universum, ut et quid quaeque primitus sibi voluerit in enuntiationibus finalibus et quomodo in carminibus homericis usurpetur, recte intelligatur.

Caput I.

De ἵνα, ὄφρα, ἕως, ὡς, ὅπως particularum etymologia varioque praeter finalem usu homerico.

De ἵνα particulae origine pro rei difficultate probabiliter mihi videntur statuisse Benfeius, Wurzellex. I. p. 403, Curtius, Erlaeuterungen [2] p. 195, Delbrueckius, Coniunctiv u. Optativ p. 57, Schleicherus, Comp. d. indog. Spr. [3] p. 562, cum dicunt ἵνα (item atque τάχα, ἅμα, παντᾶ, alias voculas graecas) ad casum instrumentalem esse revocandum, qui in aliquot linguis indogermanicis duplici praeditus est formatione: et-â et-bhi (cf. Schleicher l. l. p. 560 et 562), ita ut primus huius particulae significatus ‚womit' sit statuendus, vel potius, cum parataxis antiquior sit hypotaxi, ‚damit'. Quam etymologiam si sequimur, ἱ putandum est debilitatum ex ὁ (pronominis relativi ὅς stirpe) ν pro eodem habendum atque in τις, τι-ν-ος.[1]) Hac in etymologia per linguae graecae leges licet acquiescere neque est, cur in significatione haereamus. Nam primum, si ullarum linguae partium, certe particularum etymologia saepissime obscura est neque raro, ut ad eam perveniamus, prorsus abicienda significatio satisque nobis habendum videre, quonam literae nos ducant; deinde vero, etiamsi haec ratiocinatio non placeat, tamen non ne-

---

1) Schenkelius, Zeitschrift für oestr. Gymn.-Wesen XV. (1864) p. 339 ab hac opinione dissentit, cum dicit ἵνα primitus fuisse accusativum plur. neutr. ducendumque a stirpe pronominali σϝε, quae eadem in nominativo sing. ἵ Soph. fragm. 427 N. exstet. Ab eodem ἵ Schoemannus, Redeth. p. 105, ἵνα ducendum existimat. Quam etymologiam si accipis, nihil lucraris nisi ut ἵνα demonstrativum K. 127 paullo facilius explicetur, quam si putamus ἱ- ex ὁ- esse debilitatum. Sed ὅς quoque, ut omnia pronomina relativa, primitus non nisi demonstrativo praeditum fuit significatu.

cesse est illam etymologiam aspernemur; nam infra videbimus significatum illum principalem etiam in lingua graeca si non clare et distincte apparere, at certe vestigia quaedam reliquisse. Haec de etymologia. Jam transeamus ad varium ἵνα particulae usum excepto uno finali, de quo infra accuratius dicetur.

Et locativa quidem notio longius iam abest a vi principali, quam ut clare nobis liceat videre, quomodo illa ex hac orta sit. De usu ἵνα locativi ipso vix opus est verba facere: ut constat, plerumque quidem significat ‚ubi', sed interdum etiam ‚quo' (ζ. 55 . . ἐρχομένῳ . . ἐς βουλήν, ἵνα μιν κάλεον Φαίηκες ἀγαυοί et τ. 20 νῦν δ' ἐθέλω καταθέσθαι, ἵν' οἱ πυρὸς ἵξετ' ἀυτμή). Qui duplex ἵνα locativi usus explicatur imprimis uno loco, ubi transitum quendam alterius significationis in alteram cognoscere potes: δ. 821 .... δείδια, μή τι πάθῃσιν ἢ ὅ γε τῶν ἐνὶ δήμῳ, ἵν' οἴχεται, ἢ ἐνὶ πόντῳ (cf. E. 472 πῇ δή τοι μένος οἴχεται; Ω. 201 πῇ δή τοι φρένες οἴχονται; sed. N. 219 ποῦ τοι ἀπειλαὶ οἴχονται; cf. Nitzschium a. h. l.)

Nihil aliud nisi ‚ubi' puto ἵνα significare etiam

ϑ. 313 ἀλλ' ὄψεσϑ', ἵνα τώ γε καϑεύδετον ἐν φιλότητι
εἰς ἐμὰ δέμνια βάντες· ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι.

Hoc in loco interpretando sunt quidem, qui contendant solitam ἵνα particulae notionem huc non quadrare, exspectari significationem ‚wie': sed quamquam concedo, si ὡς hoc loco exstaret, neminem fuisse haesurum, attamen nego ἵνα particulae alium hic significatum tribuendum esse quam ‚ubi'. Neque id ita dico, quasi Seilerum et Ebelingium sequar vertentes illos quidem ‚wo', sed explicantes ‚in welchen Banden' (quae interpretatio duabus ex causis reicienda est: primum, si ἵνα idem esset ac ‚quibus in vinculis', Vulcanus, quia ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι non modo ad καϑεύδετον ἐν φιλότητι, sed etiam ad ἵνα videtur spectare, se suum ipsius dolum aegre ferre diceret; deinde, etiamsi iterum concedamus ἵνα idem valere ac ‚quibus in vinculis', tamen ἵνα non locative, sed modaliter accipiendum videtur), sed ita potius, ut ἵνα idem valere putem atque εἰς ἐμὰ δέμνια βάντες, quae verba non

nisi ad explicandum ἵνα addita esse censeo. Nam Vulcanus non modo id videtur aegre ferre, quod Mars et Venus omnino καθεύδουσι ἐν φιλότητι, sed etiam id, quod in suo ipsius lecto id faciunt.

Unus occurrit in carminibus homericis locus, ubi, si modo recte se habet, facere non possumus, quin demonstrativam ἵνα locativo tribuamus significationem:

K. 126 κείνους δὲ κιχησόμεθα πρὸ πυλάων
ἐν φυλάκεσσ᾽· ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέθεσθαι.

Usus sane singularis[1]). Quare factum est, ut alii aliter haec verba mutarent: ut duos tantum commemorem, Bekkerus, Homer. Blaetter p. 267 proposuit ἵνα τ᾽ ἄρ pro ἵνα γάρ legendum, Nauckius in ambiguo est, utrum Bekkeri sequatur sententiam an γάρ exstincto φυλάκεσσιν, ἵνα scribat. Concedo quidem imprimis Bekkeri coniecturam adeo esse facilem, ut videatur utique accipienda: attamen non necesse est ἵνα demonstrativum damnari, praesertim cum summa opus sit cautione in tractandis iis, quae non nisi singulis locis nobis tradita sunt. Nam ἵνα demonstrativum defenditur non modo origine omnium pronominum particularumque relativarum, sed etiam singulis quibusdam locis, ubi aliae particulae relativae et ipsae semel exstant significatione praeditae demonstrativa, ut ὁτέ (Λ. 64 ὧς Ἕκτωρ ὁτὲ μέν τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκε | ἄλλοτε δέ . . .), ὄφρα (O. 547 ὁ δ᾽ ὄφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς | βόσκ᾽ ἐν Περκώτῃ· αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον . . .). cf. Bekkerum l. l. Nullam igitur video causam, cur ἵνα demonstrativum, ut isti volunt, veritatis speciem non habeat. cf. etiam Schenkelium l. l. p. 339 et Schoemannum, Redeth. p. 105, quorum uterque ἵνα demonstrativum servat. Hactenus de ἵνα locativo.

Restant duo loci, ubi cum ἵνα pure locativum intelligere vix possimus, cogimur significationem statuere ab illa paulum diversam. Quibus ex locis prior est hice:

ζ. 27 σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν
ἕννυσθαι . . . .,

1) La Roche etiam hoc loco relativum accipit ἵνα vertens ,wo nämlich', quod quia cum voculae γάρ natura pugnat, fieri nequit.

quamquam docti aliquot viri, ut Nitzschius ad δ. 821 et Seilerus in lex. hom., ἵνα, ut significationem locativam ei imputent, ,wobei' censent esse vertendum. Quae interpretatio cum magnopere claudicet (nam quomodo fieri potuit, ut Nausicaa ipsis i n nuptiis vestes indueret?), alii putant, fortasse analogia linguae latinae commoti (cf. ,ubi primum'), ἵνα particulae temporalem hic tribuendam esse notionem. Sed ne haec quidem bene huc quadrat. Verius videtur ἵνα medium quendam hic tenere locum inter vim locativam et temporalem vertendumque esse ,qua in occasione'.[1])

Alter locus, qui huc pertinet, est

H. 353 τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν
ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε.

Quae verba aliter intelligi non possunt quam ,nisi ita faciemus (sc. nisi Helenam reddemus)'. Nam si ἵνα finalem hic haberet vim, quae una praeter condicionalem cogitari potest, ῥέξομεν ὧδε referendum esset ad ψευσάμενοι μαχόμεσθα: tum vero αὖ vel similis vox desideraretur. Itaque, si versum pro vero habemus (cf. infra), ἵνα particulae condicionalis notio tribui hic debet. Sed quaeritur, num haec notio tolerari omnino possit et, si tolerari potest, unde sit repetenda. Et permulti quidem, ut Hermannus opusc. IV. 133, Schenkelius l. l., Seilerus in lex. hom., Nauckius, alii (cf. etiam schol. Ven. A a. h. l.: ἀθετεῖται, ὅτι ἀγνοήσας τις ὅτι ὑπακοῦσαι δεῖ τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν τὸ ἔσται ὡς ἐλλείποντος τοῦ λόγου προσανεπλήρωσεν καὶ ὅτι τὸ ἵνα οὐχ ὁμηρικῶς παρείληπται ἀντὶ τοῦ ἐάν et schol. Ven. B τὸ ἵνα ἀντὶ τοῦ ἐὰν παρὰ Ἡρωδιανῷ· δυνατὸν γὰρ σύνδεσμον ἀντὶ συνδέσμου παραλαβεῖν· παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὠβέλισται) tolerari non posse rati versum 354 ut interpolatum e textu eiecerunt, praesertim cum totus color interpolationem saperet. Equidem non nego versum sine sensus detrimento deesse posse; praeterea dubito, num sine mora liceat ὧδε ad verba praeceden-

1) Non recte cum hoc loco comparat Ebelingius, lex. hom., hymn. XXIX. 5 οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ | εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν᾽ οὐ πρώτῃ πυμάτῃ τε | Ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον: nam hic multo facilius locativa statui potest ratio quam ζ. 27.

tia referre: sed tamen interpolationem hic accipere eam ob rem nequeo, quia non intelligo, cur interpolator ad sensum efficiendum condicionalem ἵνα scripserit, quamvis nusquam hac praeditum exstet significatione. Hanc ob causam cogor quamvis invitus vs. 354 servare confiteorque ἵνα condicionale exemplis prorsus similibus quidem carere, non carere ratione. Nam mea opinione ἵνα condicionale non ita longe remotum est ab ἵνα locativo, quam sententiam certe sequeris mecum comparans aliarum linguarum usum, imprimis nostrae theodiscae. Namque haud ita pauca reperies exempla apud literarum nostrarum classicos, ubi ‚wo‘ exstat pro ‚wenn‘ [1]). cf. etiam nostrum ‚wofern‘. Praeterea ad confirmandum ἵνα condicionale ea res fortasse confert, quod veri simillimum est et graecum εἰ et latinum ‚si‘ ex antiquis locativis originem traxisse (cf. Curtius Griech. Etymol. [4] p. 396). cf. etiam praeter scholion illud Ven. B scholiastam ad Aristoph. Ran. 175: ἔλεγον δὲ τὸ ἵνα ἀντὶ τοῦ ἐάν. καὶ Ὅμηρος· ἵνα μὴ ῥέξωμεν ὧδε. [2])

De ἵνα quod vocatur consecutivo vid. infra p. 16. ann. 2, 18. ann., 21. ann. Et haec quidem hactenus.

Nunc ad ὄφρα transeamus eadem usuri via atque in ἵνα: primum dicemus de etymologia, deinde de vario in carminibus homericis praeter finalem usu.

Et de etymologia quidem ὄφρα particulae idem valet

1) Satis sit unum attulisse. Lessingius, Die krit. Briefe von 1753 (Edit. Hempel. VIII. p. 185.) Ep. V. init. dicit: Aber wo Sie diese Anmerkung nicht bei sich behalten haben, und wo Sie mich noch weiblichen Spöttereien desswegen aussetzen, so sehen Sie sich vor!

2) Aristarchum cum hic (cf. schol. Ven. A) legat ἵν' ἂν μή, elucet quidem ἵνα et ipsum pro condicionali habuisse, sed intelligi nequit, cur ἂν addiderit: nam si ἵνα simplex condicionalem induere nequit significationem, ne ἵν' ἄν quidem potest, et vice versa: si ἵν' ἄν, ut Hermannus l. l. comprobat, interdum idem significat atque ἐάν, probabile est ἵνα nudum idem atque εἰ posse valere. Neque in ἵνᾱ cum Ahrensio, Rhein. Mus. N. S. II. (1842) p. 174 sq. haerendum: cf. γ. 327 λίσσεσθαι δέ μιν αὐτός, ἵνα νημερτὲς ἐνίσπῃ et X. 57... Τρῶας καὶ Τρῳάς, μηδὲ μέγα κῦδος ὀρέξῃς. Ceterum quid ‚obwohl‘, ut A. ἵν' ἄν vertit, hic sibi velit, non intelligo.

quod de ἵνα: propter difficultatem, quae saepissime in particulis ad ἔτυμον revocandis occurrit, sine ulla specie temeritatis licet nobis significatione, si ab ea ad etymologiam quandam probabilem via nulla videtur ducere, prorsus neglecta rationem non habere nisi literarum. Quare non video, cur non assentiamur Curtio, Grundz. d. griech. Etymol. [4] p. 675, qui dicit ὄφρα ex duabus coaluisse partibus, ex ὅφ-ρα, quarum priorem, ut iam τόφρα correlativum indicet, secerni non posse a stirpe pronominali ὁ-, alteram nihil aliud esse nisi ἄρα (sec. Thierschium, Griech. Gramm. § 316. 14), notam illam particulam epicam, ita ut haec vocula faciem praebuerit primitus ὁφι-ρα, deinde propter φ aspiratam ὀφι-ρα, denique, ut τίπτε ex τί ποτε, ὄφρα. [1])

Hanc etymologiam si accipimus, principalis ὄφρα particulae significatus non fuit, ut Weberus loco in annotatione allato vult, ‚wo, in welcher Zeit‘, sed cum -φι, -φιν suffixum sit casus instrumentalis, non locativi (cf. Schleicher Compend. [3] p. 563), ‚womit‘. Cuius notionis ut in ἵνα nullum quidem certum clarumque habemus in lingua graeca ves-

1) Haec etymologia displicet duobus Curtiani libri censoribus, Langio (in ‚Zeitschrift für östreich. Gymn.-Wesen‘ 1863. p. 302), et Webero (in ‚Zeitschrift für Gymn.-Wesen‘ 1864. p. 128), utrique eam imprimis ob causam, quod etymologia ista non quadret ad significationem ‚während, so lange als‘, Webero praeterea propter ἄρα, quae particula nusquam alibi ad unum spectet verbum, sed semper ad totius enuntiationis nexum. Sed prior causa iam per se ad irritum cadit, posterior haud ita magni momenti est ideo, quia, ut iam Curtius ipse (l. l. p. 676 annot.) recte dixit, ὄφρα et τόφρα paene in solis epicis carminibus inveniuntur, in quibus iisdem ἄρα tam saepe occurrit, ut pondus iam per se leve facile prorsus potuerit amittere. Quam autem Langius l. l. pro Curtiana novam statuit etymologiam (ὄφρα et τόφρα orta esse ex ὅ-παρα et τό-παρα), usquequaque mihi videtur a veritate deerrare. Nam primum (cf. Curtium l. l.) nusquam linguae graecae praepositio ulla postposita cum voce quadam in unam eamque novam vocem coaluit; deinde nititur Langius una ea re, quod τόφρα prius sit ortum, ὄφρα ex analogia tantum, id quod minus caute dictum iudico; denique puto significationem antiquiorem ὄφρα temporalis non esse ‚während welcher Zeit‘, ex qua tota Langii etymologia fluxit, sed ‚bis‘. De qua re statim dicam.

tigium, sed tamen spero me infra in uno saltem et ἵνα et ὄφρα particulae usu principalem demonstraturum esse significatum. Et hactenus quidem de etymologia. Nunc ad varium praeter finalem usum.

Sicut ἵνα notione instrumentali omissa transiit in locativam, ita ὄφρα in temporalem, et, iterum ut ἵνα, dupliciter quidem. Nam ut ἵνα et ‚ubi' significat et ‚quo', ita ὄφρα partim punctum (= donec, dum, bis) partim spatium aliquod temporis (= quamdiu, so lange als, während). Hic quaestio oritur, a diversisne radicibus utraque notio profecta sit, an altera ex altera ducenda.

Et adhuc quidem, quamquam nondum hac de re disquisitum est, tamen plerique videntur putare (cf., ut exemplum afferam, Langii etymologiam) notionem ‚quamdiu' esse antiquiorem. Quam sententiam, si revera valet, falsam esse puto, permotus hace ratiocinatione: ὄφρα ‚quamdiu' nihil significat nisi spatium quoddam temporis, quod tamdiu durat, quam enuntiationis primariae actio fit, eamque ob causam non spectat nisi ad finem actionis, non ad initium; ὄφρα ‚bis' cum punctum quoddam significet temporis, et ad initium actionis referri potest et ad finem. Itaque si ὄφρα ‚quamdiu' antiquius accipimus esse quam ὄφρα ‚bis', alterum ὄφρα ‚bis', quod ad finem actionis spectat, inde duci potest, alterum, quod ad initium, non potest. Contra si ὄφρα ‚bis' censemus antiquius, multi loci, ubi ὄφρα ‚bis' ad finem spectat actionis, luculenter docent, quam facile ὄφρα ‚so lange als' ex illo potuerit oriri, ut

ζ. 218 *ἀμφίπολοι, στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν, ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς*
ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι, ἀμφὶ δ' ἐλαίῳ
χρίσομαι.

τ. 16 *μαῖ', ἄγε δή μοι ἔρυξον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκας,*
ὄφρα κεν ἐς θάλαμον καταθείομαι ἔντεα πατρός.

Nostro igitur iure dicimus ὄφρα ‚bis' esse antiquius. Quae cum ita sint, liceat animum advertere analogiae cuidam, quae intercedit inter ἵνα et ὄφρα: sicut ἵνα primitus instrumentali praeditum vi postea transiit ad significandum punctum loci, ita ὄφρα, quod et ipsum ex instrumentali natum est notione,

postea significabat punctum temporis. Praeterea liceat mentionem facere eius analogiae, quam praebent latina ‚ibi' et ‚ubi', quae cum eodem suffixo composita esse atque ὄφρα mihi quidem probabile est.

Uno loco ὄφρα demonstrativum in carminibus homericis exstat:

O. 547 *ὁ δ' ὄφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς*
βόσκ' ἐν Περκώτῃ.

Concedo quidem ut in ἵνα sic etiam in ὄφρα usum demonstrativum uno tantum loco inveniri, sed tamen, cum et per se satis magnam habeat auctoritatem et multis confirmetur exemplis similibus, minime est, cur hic ὄφρα pro mendoso habeamus. Minime igitur videtur assentiendum Nauckio, qui malo quodam studio omnia aequandi permotus hoc loco pro δ' ὄφρα existimat scribendum τόφρα, praesertim cum, si τόφρα legimus, omnis desit coniunctio inter duo enuntiata, quae in medio vs. 547 concurrunt, id quod parum videtur aptum.

De consecutivo quod vocatur ὄφρα et de locis aliquot, ubi ὄφρα particulae significatio finalis admodum est contrita, vid. infra.

Atque haec quidem de ὄφρα particulae et etymologia et vario praeter finalem usu. Nunc pauca dicemus de iisdem, quatenus ad ἕως pertinent.

De etymologia omnibus, quantum scio, probata est ea sententia, quam legimus etiam apud Curtium, Etymol. [4] p. 399, qui graecum ἕως idem esse dicit atque sanscriticam particulam jâvat ‚quamdiu, donec'. Varium ἕως particulae usum eam ob rem et ipsum paucioribus licet complecti verbis, quia et significatus ususque prorsus iidem sunt in ἕως atque in ὄφρα et plane eadem ratiocinatione adductus, qua modo in ὄφρα, de primaria significatione temporali idem valere puto, quod de illius particulae significationibus dixi: antiquiorem esse eam, ex qua altera possit duci, i. e. ut illic ὄφρα ‚bis', ita etiam hic ἕως ‚bis'. Restat ut paucis attingam demonstrativum ἕως particulae usum, qui frequentius in hac particula invenitur quam in ἵνα et ὄφρα: ut aliquot afferam locos, β. 148 *τὼ δ' ἕως μέν ῥ' ἐπέτοντο*, γ. 126 *ἔνθ' ἤ τοι ἧος*

μὲν ἐγὼ καὶ δῖος Ὀδυσσεύς | . . *ἐφραζόμεθα*, M. 141 *οἱ δ' ἦ τοι ἧος μὲν* . . . . *Ἀχαιοὺς ὤρνυον*, P. 727 *ἕως μὲν γάρ τι θέουσι διαρραῖσαι μεμαῶτες*. Non iterum iterumque dicam, quod iam bis de huiusmodi formis dixi defendendis: nam cum tanta copia exstet, vix fieri posse exspectamus, ut quis conetur iis omnibus ut mendosis e medio sublatis alias notiores textui obtrudere. Tametsi haec quoque exempla coniecturis sustulit Nauckius, et in Odysseae quidem editione dubitanter, prorsus temere in Iliadis, sed minime felicius quam in *ἵνα* et *ὄφρα* demonstrativis exstinguendis.

Finem priori dissertationis parti imponam eo, ut de *ὡς* et *ὅπως* (*ὅππως*) eodem modo, atque de *ἵνα*, *ὄφρα*, *ἕως* adhuc disputavi, paucis disseram.

Ac primum quidem de *ὡς* particulae etymologia satis certo constat: nam ut primo quisque aspectu videt, dubitari nequit, quin *ὡς* adverbium sit pertinens ad pronomen *ὅς* (cf. praeterea Curt. Etymol. [4] p. 398). Quod cum duplici praeditum sit vi, et relativa et demonstrativa, vel potius, ne aetatis negligamus rationem, et demonstrativa et relativa: sequitur, ut etiam adverbium *ὡς* duas habeat significationes. Et demonstrativa quidem notione si praeditum est, a grammaticis accentu addito *ὥς*, interdum *ὧς* scribi constat; de usu *ὥς* demonstrativi non opus est quidquam dici. *ὡς* relativum tam lubricum est seque insinuavit in tot loquendi rationes, ut interdum haud ita facile ad sensum primarium revocetur. Ex his rationibus eae tantum paucis hic adumbrabuntur, ubi *ὡς* coniunctionis loco videmus adhibitum.

Et primum quidem non modo in carminibus homericis, sed etiam postea *ὡς* usurpatur in enuntiationibus temporalibus eadem fere significatione atque *ἐπεί* vel *ὅτε*. Ad quam notionem quomodo *ὡς* potuerit transire, explicandum est partim analogia aliarum linguarum (cf. latinum ‚ut primum' et nostrum ‚wie') partim — quae quidem interior causa est — ea re, quod utraque actio, et enuntiationis primariae et suspensae, quantum quidem ad tempus pertinet, tanquam inter se comparantur. Cuius usus exempla proferre, cum unicuique praesto sint, opus non est. — Cum hoc temporali artissime co-

haeret *ὡς* causale: nam perfacile fieri potest, ut duarum actionum, quae se excipiunt, alteram dicamus causam esse alterius. Quod luculentissime apparet multis locis, ut

A. 600 *ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,*
ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

Ex ratione causali *ὡς* fluxit etiam

Φ. 273 *Πηλεΐδης ᾤμωξεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·*
Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔ τίς με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη
ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι . . .:

nam ex praecedenti *ᾤμωξεν* supplendum est *οἰμώζω* vel tale quid. — Porro *ὡς* adhibetur post verba sentiendi, dicendi, alia, ut coniungat haec verba cum iis, quae quis sentit, dicit. Qui usus inde est explicandus, quod, si *ὅτι* ponitur, enuntiationis pendentis actio nihil dicitur nisi fieri; si *ὡς*, proprie quasi describitur, quomodo actio illa fiat. Huc quae pertinent exempla, non multum diversa sunt ab iis, ubi *ὡς* ab aliis verbis pendens atque sentiendi et dicendi usurpatur eodem modo, ut quasi argumentum indicet verbi regentis: γ. 347 *Ζεὺς τό γ' ἀλεξήσειεν*, | *ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε*, ρ. 243 *τόδε μοι κρηήνατ' ἐέλδωρ, ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνήρ, ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων* (cf. φ. 201), P. 450 *ἦ οὐχ ἅλις, ὡς καὶ τεύχε' ἔχει καὶ ἐπεύχεται αὔτως*;

De *ὡς* post *φράζεσθαι* etc. vid. infra.

Aliquanto uberius dicendum est de *ὡς* consecutivo, quippe de quo etiamnunc sit magna virorum doctorum lis. Sunt enim, qui praefracte contendant in carminibus homericis perpaucis quibusdam exceptis locis, ubi *ὥστε* consecutivi appareat initium (ρ. 21 et I. 42), propriam quandam particulam, quae consecutivam indicet rationem, non exstare, sed interdum *ἵνα* vel *ὄφρα* vel *ὡς* ita usurpari, ut vis consecutiva iis sit tribuenda (cf. Nitzschium ad ι. 155, κ. 236 et Kuehnerum, Gramm. gr. II. p. 895). Et ea quidem exempla, quae hi viri protulerunt ad comprobanda *ἵνα* et *ὄφρα* consecutiva, aliter videntur interpretanda (cf. infra): *ὡς* consecutiva vi positum his probatur exemplis:

ϑ. 237 *ἀλλ' ἐθέλεις ἀρετὴν σὴν φαινέμεν, ἥ τοι ὀπηδεῖ,*
. . . . *ὡς ἂν σὴν ἀρετὴν βρότος οὔ τις ὄνοιτο,*

ubi e nexu quidem sententiarum melius videtur finalem statuere rationem, sed *οὐ* nos prohibet, quominus ita struamus. Etiam Nitzschius a. h. l. hic *ὥς* consecutivum agnoscit.

Θ. 512 *μὴ μὴν ἀσπουδί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι,*
ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ,

ubi cum enuntiatio ab *ὥς τις* incipiens contrarium indicet atque *ἕκηλοι*, ne cogitare quidem licet de alia structura quam consecutiva (cf. Delbrückium, Coni. u. Opt. p. 60). — Manifesta est vis consecutiva uno exemplo, ubi praecedit demonstrativum *ὥς*:

Ω. 337 *Πρίαμον κοίλας ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν*
ὣς ἄγαγ', ὡς μήτ' ἄρ τις ἴδῃ μήτ' ἄρ τε νοήσῃ.

Etiam Z. 357 *οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον, ὡς καὶ ὀπίσσω*
ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισιν

huc pertinet: nam facile vides per se quidem hos duos versus sensum praebere eundem fere atque ϑ. 580, ubi *ἵνα* consecutivum meo iure negabo (cf. infra), sed sententiarum nexum utroque loco esse diversum. Ameisii sententia ad ϑ. 580, qui et *ἵνα* ϑ. 580 et *ὡς* Z. 357 censet finalia esse et ex fati consilio (cf. infra) explicanda, non mihi videtur tolerabilis: nam fieri non potest, ut dicamus fatum in movendis bellis nihil aliud spectasse, quam ut carmina postea recitarentur. — Cum igitur de *ὡς* consecutivo dubitari nequeat, suspicor idem cadere in hosce locos:

ο. 537 *τῷ κε τάχα γνοίης φιλότητά τε πολλά τε δῶρα*
ἐξ ἐμεῦ, ὡς ἄν τίς σε συναντόμενος μακαρίζοι
(cf. ϱ. 165, τ. 311).

Ψ. 339 *ἐν νύσσῃ τέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω,*
ὡς ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι
κύκλου ποιητοῖο.

Videmus igitur exstare quidem in carminibus homericis rationem consecutivam, sed perraro tantum exstare.

Quod quomodo factum sit, inde mihi videtur explicandum, quod linguae infantiae aptius est accipere aliquid ortum ex consilio quodam, quam ex consecutione (sed cf. infra) Ceterum etiam aliarum linguarum primis temporibus enun-

tiationes consecutivae aeque occurrunt raro. Atque haec quidem de *ὡς* consecutivo et omnino de *ὡς*.

Cum *ὡς* artissime cohaeret **ὅπως (ὅππως)**, quod differt ab *ὡς* non nisi syllaba *πο-*. Quae cum duplicem habeat naturam, et interrogativam et indefinitam (cf. Curtium, Etymol. [4] p. 460), idem cadit in *ὅπως*. Et interrogativum quidem *πο-* iis tantum primitus fuit exemplis, ubi *ὅπως* pendet a verbis sentiendi, dicendi, aliis; longe plerumque syllaba *πο-* revocanda est ad significationem indefinitam (cf. Delbrückium, Coni. u. Opt. p. 61), ita ut notio principalis *ὅπως* particulae minus sit definita quam *ὡς* relativi. Quod discrimen sane iam inde ab initio debile in carminibus homericis adeo non potest cognosci, ut nolim in eo subtiliter statuendo operam et oleum perdere. — De usu coniunctionis *ὅπως* praeter finalem multa non opus est dici: saepius in enuntiatis temporalibus item atque *ὡς* usurpatur, semel causalem induit significationem: δ. 109 *ἐμοὶ δ' ἄχος αἰὲν ἄλαστον κείνου, ὅπως δὴ δηρὸν ἀποίχεται.* Ad quae omnia videas ea, quae de *ὡς* antea dicta sunt.

Caput II.

De ἵνα, ὄφρα, ἕως, ὡς, ὅπως particulis finalibus.

Adhuc de his coniunctionibus ita disputavi, ut in omnes inquirerem significationes excepta una finali, id quod imprimis eam ob causam ita institui, quia, nisi scimus, et quomodo ortae sint illae particulae et quibusnam aliis inserviant indicandis loquendi rationibus, neque intelligi potest, quid quaeque in indicando fine primitus valuerit, neque quid inter eas in usu homerico intersit. De quibus quaestionibus nunc deinceps erit agendum.

Sed priusquam ad ipsam aggrediamur rem, de significatione finali istarum particularum pauca dicenda sunt in universum, ut appareat, quomodo ea omnino orta sit. Hoc ad illustrandum aptissimi sunt loci aliquot homerici, ubi videmus enuntiationem primariam participio verbi alicuius desiderandi

vel cogitandi coniunctam cum finali, quo indicetur consilium:

χ. 49 οὗτος γὰρ ἐπίηλεν τάδε ἔργα,
οὔ τι γάμου τόσσον κεχρημένος οὐδὲ χατίζων,
ἀλλ' ἄλλα φρονέων, τά οἱ οὐκ ἐτέλεσσε Κρονίων,
ὄφρ' Ἰθάκης κατὰ δῆμον ἐυκτιμένης βασιλεύοι
αὐτός, ἀτὰρ σὸν παῖδα κατακτείνειε λοχήσας.
Δ. 465 ἕλκε δ' ὑπὲκ βελέων, λελιημένος ὄφρα τάχιστα
τεύχεα συλήσειε.
E. 564 τοῦ δ' ὤτρυνεν μένος Ἄρης
τὰ φρονέων, ἵνα χερσὶν ὑπ' Αἰνείαο δαμείη.
690 ἀλλὰ παρήιξεν, λελιημένος ὄφρα τάχιστα
ὤσαιτ' Ἀργείους, πολέων δ' ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο.
K. 490 τὸν δ' Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκεν,
τὰ φρονέων κατὰ θυμόν, ὅπως καλλίτριχες ἵπποι
ῥεῖα διέλθοιεν μηδὲ τρομεοίατο θυμῷ.

His locis participia *φρονέων* et *λελιημένος* reliquiae videntur esse ex eo tempore, quo *ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὅπως* significationem finalem nondum prorsus induerant et eam ob causam necesse erat auxilium quoddam adhiberi ad finem indicandum. Ita si locos istos accipies, non iam miraberis, quod *ὄφρα* pendere possit a *λελιημένος*: nam particulae finales omnibus illis locis minus ad *φρονέων* aut *λελιημένος* referendae sunt quam ad verba enuntiationis primariae.

Sed iam ad rem ipsam.

I N A.

I.

Primum investigabo, quo ex fonte aut quibus ex fontibus *ἵνα* finale repetendum sit. Quam disquisitionem haud ita saepe viri docti instituerunt iique, ultra linguae graecae terminos plerumque non egressi, ut Schoemannus (Lehre von den Redetheilen p. 183) et Kuehnerus (Gramm. gr. II. p. 894), ad eam pervenerunt sententiam, ut dicerent proficiscendum esse hac in re ab *ἵνα* ‚wohin' eamque ob rem in enuntiatis

huc pertinentibus verbum regens ad finem quendam primitus ita fuisse relatum, quasi motus fieret illius actionis in hunc finem. Quae sententia quamvis per se, i. e. si nihil spectas nisi *ἵνα* ipsum, non enuntiationes finales ab *ἵνα* incipientes, probabilis sit, tamen ad irritum cadit iam eo, quod in carminibus homericis ne unum quidem reperitur exemplum, ubi principalem illam quae vocatur significationem possis restituere; praecipue vero, quia falsum est hac in quaestione solvenda ab iis tantum proficisci significationibus, quas lingua graeca ipsa praebet. Quam ob rem Delbrückius (Coni. u. Opt. p. 57 et 58) significatu instrumentali, quem primarium esse supra probabile reddidimus, nisus contendit, cum casus instrumentalis primitus id significaverit, quod una cum alia quadam re sit, inter enuntiationem primariam et finalem ab *ἵνα* incipientem eandem intercedere rationem atque inter causam et eventum (‚Die Grundbedeutung des Instrumentalis nun ist das Zusammensein, das Mittel wird sprachlich als der Genosse aufgefasst. In *ἵνα* liegt also ausgedrückt, dass der eine Satz mit dem andern in einer Verbindung von Ursache und Wirkung steht'). Quae conclusio, ut leniter dicam, temeraria est: nam si duae res coniunctae sunt, non sequitur, ut alteram ex altera pendere sit necesse. Atque omnino intelligi nequit, quomodo ex *ἵνα* comitatum indicante *ἵνα* finale potuerit oriri. Mea ipsius sententia hac in quaestione quamvis diversa sit a duabus istis, de quibus modo disputavi, tamen aliqua ex parte cum utraque consentit. Nam censeo *ἵνα* finale ex duobus fluxisse fontibus: et ex antiquissimo illo, quem etymologia nobis patefecit, i. e. e significatione instrumentali, et e locativa, et ex *ἵνα* ‚wo' quidem, non ex *ἵνα* ‚wohin'. Hoc dictum videtur minus accurate, quia ad significationem instrumentalem, quamquam transitum alterius notionis in alteram non videmus, etiam *ἵνα* locativum revocandum est ideoque proprie dicendum *ἵνα* finale simplicem habuisse originem: sed cum notio principalis particulae *ἵνα* mox evanuerit et locativa ab illa longius abierit, duos fontes meo iure accipio. Ac primum quidem dicam de eo *ἵνα* finalis fonte, qui ad significationem instrumentalem spectat. Hic reprehendat me fortasse quis-

piam, quod etymologia sane dubia tantopere confidam. At ego non ideo ἵνα finale ex parte revoco ad significatum instrumentalem, quasi mihi persuasum sit ἵνα aliter omnino non posse explicari, sed istam etymologiam censeo recte se habere eam ob rem, quia multa exempla, ubi ἵνα finale in carminibus homericis exstat, manifesto demonstrant aliquot vestigia sensus principalis etiam restare, et ita quidem, ut eluceat ἵνα non, ut Delbrückius vult, comitatum primitus significasse, sed instrumentum.[1]) Huc pertinent hice loci:

γ. 476 ἄγε ζεύξατε ἵ π π ο υ ς, ἵνα πρήσσῃσιν ὁδοῖο
δ. 591 δώσω ἄ λ ε ι σ ο ν, ἵνα σπένδῃσθα
ε. 492 τῷ ῥ' ὕ π ν ο ν ἔχευεν, ἵνα μιν παύσειεν καμάτοιο
ζ. 57 οὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσειας ἀ π ή ν η ν, ἵνα κλυτὰ εἵματ' ἄγωμαι;
η. 164 κέλευσον ο ἶ ν ο ν ἐπικρῆσαι, ἵνα σπείσομεν
180 κρητῆρα κερασσάμενος μ έ θ υ νεῖμον πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ἵνα σπείσομεν
ι. 489 ἐκέλευσα ἐ μ β α λ ε ῖ ν κ ώ π ῃ ς, ἵνα φύγοιμεν (cf. κ. 129)
κ. 236 ἀνέμισγε δὲ σίτῳ φ ά ρ μ α κ α λ υ γ ρ ά, ἵνα λαθοίατο πατρίδος[2])
σ. 369 εἰ ἐγὼ μὲν ἔχοιμι δ ρ έ π α ν ο ν καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις . . ., ἵνα πειρησαίμεθ' ἔργου . . .
τ. 198 ἔδωκα β ο ῦ ς κ α ὶ ο ἶ ν ο ν, ἵνα πλησαίατο θυμόν
Ε. 3 μ έ ν ο ς κ α ὶ θ ά ρ σ ο ς δῶκεν, ἵν' ἔκδηλος γένοιτο . . . κλέος ἄροιτο
Ι. 99. Ζεύς τοι ἐγγυάλιξεν σ κ ῆ π τ ρ ο ν κ α ὶ θ έ μ ι σ τ α ς, ἵνα σφίσι βουλεύῃσθα
Λ. 290 ἰθὺς ἐλαύνετε ἵ π π ο υ ς, ἵν' ἄρησθε ὑπέρτερον κλέος
Μ. 435 γυνὴ ε ἴ ρ ι ο ν ἀ μ φ ὶ ς ἀ ν έ λ κ ε ι, ἵνα μισθὸν ἄρηται
Ξ. 273 ἕλε χειρὶ χ θ ό ν α κ α ὶ ἅ λ α, ἵν' ὦσιν μάρτυροι οἱ ἔνερθε θεοί
Τ. 39 ἔσταξεν Πατρόκλῳ ν έ κ τ α ρ κατὰ ῥινῶν, ἵν' εἴη οἱ χρὼς ἔμπεδος
Φ. 447 ἔδειμα τ ε ῖ χ ο ς, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη

1) cf. etiam nostrum ‚damit'.

2) Nitzschius, Kuehnerus, alii contendunt ἵνα hic consecutive esse intelligendum. Quo iure, non video. (cf. infra).

Ω. 264 οὐκ ἂν δὴ ἐφοπλίσσαιτε ἅ μ α ξ α ν, ἵνα πρήσσωμεν ὁδοῖο;
467 λ α β ὲ γ ο ύ ν α τ α κ α ὶ λ ί σ σ ε ό μιν ὑπὲρ . . ., ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνῃς.

Maiore intervallo literarum insignivi eas voces, ad quas ἵνα referendum est: videmus plerasque earum esse nomina substantiva, aliquot verba, ut ι. 489, κ. 129, M. 435, Ω. 467.

Haec exempla abunde docent antiquum illud ἵνα instrumentale, quod ex etymologia concludendum putavi, revera exstitisse umbramque eius servatam nobis praesto esse in enuntiationibus finalibus, non ita quidem, quasi Graeci illius aetatis, qua carmina homerica literis mandabantur, istis locis sibi conscii fuissent ἵνα particulae originis, sed ita, ut nobis liceat ex talibus locis concludere usum ab aetate homerica remotissimum.

Multo saepius nobis occurrunt loci, ubi ἵνα ex instrumentali ortum minus dilucide apparet: dico plurimos eos locos, ubi ἵνα magis causam indicat quam instrumentum: sed cum ratio causalis facillime oriatur ex instrumentali, etiam huiusmodi exempla iam nostro iure ad rationem instrumentalem revocabimus. Talia sunt haece:

α. 95 πέμψω νιν πευσόμενον . . . ἠδ' ἵν' ἔχῃσιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν
157 ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι (cf. δ. 70, ρ. 592.)
302 ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε ἐὺ εἴπῃ (cf. γ. 200)[1])
β. 111 σοὶ μνηστῆρες ὧδ' ὑποκρίνονται, ἵνα εἰδῇς αὐτὸς σῷ θυμῷ, εἰδῶσι δὲ πάντες Ἀχαιοί
307 πάντα τελευτήσουσιν, ἵνα θᾶσσον ἵκηαι ἐς Πύλον
γ. 78 θάρσος ἔθηκεν ἐνὶ φρεσίν, ἵν' ἔροιτο (ἠδ' ἵν' ἔχῃσιν)
307 λίσσεσθαι δέ μιν αὐτός, ἵνα νημερτὲς ἐνίσπῃ

1) Delbrückius (Coni. u. Opt. p. 60) videtur (‚Aber nach der Absicht des Dichters soll wohl ausgesprochen sein, dass Telemachos seine Kraft besitze, damit er sich Ruhm erwerbe') ἔσσ' non pro imperativo ἔσσο habere, sed pro indicativo ἐσσί eamque ob causam dubitat, num hic ἵνα particulae color quidam consecutivus sit tribuendus. Sed elucet et ἔσσο unum praebere bonum sensum neque esse, cur ἵνα hic pro finali non habeamus.

γ. 438 βοὸς κέρασι περίχευεν ἀσκήσας, ἵνα θεὰ κεχάροιτο ἰδοῦσα
δ. 584 ἔχευα τύμβον, ἵνα κλέος εἴη
710 οὐδέ τί μιν χρεὼ νηῶν ἐπιβαινέμεν· ἦ ἵνα μηδ' ὄνομα λίπηται;
ε. 490 . . . σπέρμα πυρὸς σώζων, ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὔῃ
ζ. 311 μητρὸς ἐπὶ γούνασι χεῖρας βάλλειν, ἵνα ἴδηαι νόστιμον ἦμαρ
ϑ. 542 ὁ μὲν σχεθέτω, ἵνα πάντες τερπώμεθα
580 ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον ἀνθρώποισιν, ἵν' ᾖσιν ἀοιδὴ καὶ ἐσσομένοισιν[1])
ι. 53 κακὴ αἶσα ἡμῖν παρέστη, ἵν' ἄλγεα πάθοιμεν
356 οὔνομα εἰπέ, ἵνα δῶ τοι ξείνιον
κ. 24 νηὶ δ' ἐνὶ γλαφυρῇ κατέδει μέρμιθι φαεινῇ, ἵνα μή τι παραπνεύσῃ
33 οὐ δῶκα πόδα νηός, ἵνα θᾶσσον ἱκοίμεθα πατρίδα γαῖαν
387 λῦσον ἑταίρους, ἵνα ἴδω
Α. 302 πείρησαι, ἵνα γνώωσιν καὶ οἵδε
363 ἐξαύδα, ἵνα εἴδομεν (cf. Π. 19)

1) Etiam hic (cf. p. 16 ann. 2 et p. 21 ann.) Nitzschius, Kuehnerus, alii existimant ἵνα particulae non finalem, sed consecutivum praebendum esse sensum, fortasse rati ridiculum esse dicere nulla alia de causa deos hominibus perniciem destinasse, nisi ut posteris occasio esset canendi. Et profecto si rem obiter intuemur verbis illis e toto sententiarum nexu exemptis, a Nitzschii et Kuehneri partibus stare debemus. Sed coniungas quaeso ἐπεκλώσαντο κτλ. cum iis, quae antecedunt: εἰπὲ δ' ὅτι κλαίεις καὶ ὀδύρεαι ἔνδοθι θυμῷ | Ἀργείων Δαναῶν ἠδ' Ἰλίου οἶτον ἀκούων: iam intelliges vss. 579 et 580 ab Alcinoo ideo esse dictos, ut culpam, quod in aula sua carmina canerentur de Graecorum certaminibus ad Troiam commissis, lepide diis tribueret. Quod Alcinous non consequeretur, si nihil diceret nisi deos auctores fuisse belli, de carminibus postea recitandis non cogitasse. Ergo nulla causa est, cur ex hoc loco ἵνα consecutivum concludamus. (Etiam scholiasta a. h. l. in fine haeret (οὐ διὰ τοῦτο ἀπέκλωσαν, ὑπὲρ τοῦ ᾄδιμον γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα ἀπόλωνται): tametsi acquiescit in solita ἵνα coniunctionis significatione. Sed quam ad eam tuendam affert causam (προεμαντεύετο γὰρ ὁ Ὅμηρος τὴν δόξαν τῆς ἑαυτοῦ ποιήσεως) elucet aptam esse non nisi ad risum movendum).

Ε. 564 τοῦ δ' ὤτρυνε μένος, τὰ φρονέων, ἵνα δαμείη
Η. 195 εὔχεσθε σιγῇ, ἵνα μὴ πύθωνται Τρῶες
Θ. 18 πειρήσασθε, ἵνα εἴδετε
512 sqq. μὴ ἀσπουδί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι, ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ . . ., ἵνα τις στυγέῃσι καὶ ἄλλος
Ι. 452 ἐμὲ λισσέσκετο παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα
512 λίσσονται Δία τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵν' ἀποτίσῃ
614 οὐδέ τί σε χρὴ τὸν φιλέειν, ἵνα μή μοι ἀπέχθηαι φιλέοντι
Κ. 367 μένος ἔμβαλεν, ἵνα μή τις Ἀχαιῶν φθαίη . . ., ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι.

cf. praeterea λ. 224, 316, μ. 15 (sec. lectionem Zenodoti), 26, 156, ν. 151, 157, 327, 418, ο. 219, 309, π. 184, 331, σ. 30, 94, 191, 204, 339, υ. 267, Μ. 390, 458, Ν. 670, Ξ. 365, 483, Ο. 31, Ρ. 224, 445, Σ. 88,[1]) Τ. 180, 348, 354, Υ. 122, 126, Φ. 249, 314, 539, Χ. 39, 244, Ψ. 187, 297, 313, 487, 552, 610, Ω. 21, 555.

In iis enuntiationibus finalibus, de quibus adhuc dixi, partim facillimum est ἵνα ad instrumentalem revocare notionem, partim tam prope ad eam accedit, ut dubitare vix possimus, quin etiam ea exempla, de quibus modo egi, ex notione ἵνα particulae instrumentali sint explicanda. Nunc venio ad alterum ἵνα finalis fontem, qui quidem, si etymologia confidere possumus, non minus ab ἵνα instrumentali repetendus est, sed non ita, ut transitum tamquam ante oculos positum videamus: dico id ἵνα finale, quod ex ἵνα locativo ortum esse plurima etiamnunc exempla homeria luculenter nos docent, iisdemque etiam illud ostenditur — id quod iam

1) Nauckius hic (ὡς ὄφελες σὺ μὲν αὖθι μετ' ἀθανάτῃς ἁλίῃσιν | ναίειν, Πηλεὺς δὲ θνητὴν ἀγαγέσθαι ἄκοιτιν. | νῦν δ', ἵνα καὶ σοὶ πένθος ἐνὶ φρεσὶ μυρίον εἴη | παιδὸς ἀποφθιμένοιο . . .) scribendum proponit νῦν δέ κε pro νῦν δ' ἵνα. Concedo nullo alio loco homerico particulam finalem pendere a verbo non exstanti, sed cogitato tantum, sed tamen, cum hic ex versibus praecedentibus verbum facile possit suppleri, mea quidem sententia opus non est mutatione.

supra obiter tetigi — ad hunc transitum explicandum ab ἵνα ‚wohin‘ proficisci non licere, sed ab uno ἵνα ‚wo‘:

α. 373 ἀγορήνδε καθεζώμεθα, ἵν᾽ ἀποείπω
γ. 2 ἠέλιος ἀνόρουσεν οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵνα φαείνοι (cf. ε. 2, ψ. 348, Λ. 2, Τ. 2).
361 εἶμι ἐπὶ νῆα μέλαιναν, ἵνα θαρσύνω . . . εἴπω
(ε. 91 ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω) cf. Σ. 387.
ζ. 50 βῆ δ᾽ ἰέναι διὰ δώμαθ᾽, ἵν᾽ ἀγγείλειεν
θ. 307 δεῦτε, ἵνα ἴδησθε
ι. 517 ἀλλ᾽ ἄγε δεῦρο, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω . . ὀτρύνω
λ. 169 ἑπόμην Ἴλιον εἰς εὔπωλον, ἵνα μαχοίμην (cf. ξ. 71, Π. 576)
μ. 185 δεῦρ᾽ ἄγ᾽ ἰὼν νῆα κατάστησον, ἵν᾽ ἀκούσῃς
ν. 74 ἐστόρεσαν ῥῆγος νηὸς ἐπὶ ἰκριόφιν, ἵν᾽ εὕδοι
303 ἱκόμην δεῦρο, ἵν᾽ ὑφήνω . . . κρύψω . . . εἴπω
364 θείομεν χρήματα μυχῷ ἄντρου αὐτίκα νῦν, ἵνα περ τάδε τοι σόα μίμνῃ.[1])
ξ. 408 τάχιστα δ᾽ ἔνδον ἑταῖροι εἶεν, ἵν᾽ ἐν κλισίῃ τετυκώμεθα δαῖτα (cf. p. 28).
414 ἄξετε ὑῶν τὸν ἄριστον, ἵν᾽ ἱερεύσω
ο. 251 Ἠὼς ἥρπασε Κλεῖτον, ἵν᾽ ἀθανάτοισι μετείη
ρ. 175 ἔρχεσθε πρὸς δώμαθ᾽, ἵν᾽ ἐντυνώμεθα δαῖτα
250 ἄξω τὸν ἐπὶ νηὸς τῆλ᾽ Ἰθάκης, ἵνα ἄλφοι βίοτον πολύν
529 ἔρχεο, δεῦρο κάλεσσον, ἵν᾽ ἐνίσπῃ
τ. 413 ἦλθεν Ὀδυσσεύς, ἵνα οἱ πόροι ἀγλαὰ δῶρα
χ. 168 ἐνθάδε μίν σοι ἄγω, ἵν᾽ ὑπερβασίας ἀποτίσῃ;
Α. 410 . . . εἴ κέν πως ἐθέλῃσιν ἔλσαι Ἀχαιοὺς κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμφ᾽ ἅλα, ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος . . . γνῷ δὲ καὶ Ἀτρείδης
Γ. 130 δεῦρ᾽ ἴθι, ἵνα ἴδηαι
252 καλέουσιν ἄριστοι ἐς πεδίον καταβῆναι, ἵνα τάμητε ὅρκια
Ο. 402 σπείσομαι εἰς Ἀχιλῆα, ἵν᾽ ὀτρύνω

1) Hoc loco ἵνα pro ipso locativo, ut Ameisius a. h. l. vult, haberi vix potest, sed exemplum tantummodo habemus sane clarum transitus ἵνα locativi in ἵνα finale.

Τ. 173 τὰ δῶρα οἰσέτω ἐς μέσσην ἀγορήν, ἵνα πάντες ἴδωσι . . σὺ δὲ φρεσὶ σῇσιν ἰανθῇς (sed cf. p. 23)
Υ. 234 τὸν ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν . . ., ἵν᾽ ἀθανάτοισι μετείη
Ψ. 207 εἶμι Αἰθιόπων ἐς γαῖαν, ἵνα μεταδαίσομαι
Ω. 43 εἶσι ἐπὶ μῆλα βροτῶν, ἵνα δαῖτα λάβῃσιν
382 ἐκπέμπεις κειμήλια ἄνδρας ἐς ἀλλοδαπούς, ἵνα περ τάδε τοι σόα μίμνῃ.

Ex his exemplis, cum tantum non in omnibus ἵνα vertere possis ‚ubi‘, facile apparet ἵνα finale saepissime habuisse originem locativam. Id cum in ceteros locos cadit supra allatos tum in Ψ. 207 εἶμι Αἰθιόπων ἐς γαῖαν, ἵνα μεταδαίσομαι, ubi, cum per sermonem homericum liceat μεταδαίσομαι et pro futuro habere et pro coniunctivo aoristi, transitus ἵνα locativi in finale manifestius ostenditur quam usquam alibi. Simul ex illis exemplis apparet — id quod iam per se manifestum est — tum maxime originem locativam ἵνα finalis esse accipiendam, si pendet a verbo aliquo eundi, ferendi, gerendi, aliis. Haec de utroque ἵνα finalis fonte. Nam quae praeterea supersunt ἵνα finalis exempla, ea non tertiam quandam prae se ferunt originem, sed significatione principali omnino exuta finem indicant in universum. De quibus statim dicam.

II.

Jam accedo ad ea exempla, in quibus nullum apparet principalis notionis vestigium. Ex his primum pono ea, ubi vel maxime generalem quandam particula naturam prae se fert:

α. 135 πὰρ δ᾽ αὐτὸς κλισμὸν θέτο ἔκτοθεν ἄλλων μνηστήρων, μὴ ξεῖνος δείπνῳ ἀδήσειεν . . . ἠδ᾽ ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἔροιτο
ι. 155 ὦρσαν αἶγας νύμφαι, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι[1])
234 ἔφερον ὕλης ἄχθος, ἵνα οἱ ποτιδόρπιον εἴη
ξ. 295 ἐέσσατό μ᾽ ἐπὶ νηὸς ἐς Λιβύην, ψεύδεα βουλεύσας, ἵνα οἱ σὺν φόρτον ἄγοιμι

1) Ne hic quidem (cf. p. 16 ann. 2 et p. 18 ann.) intelligo, quo iure ἵνα sine ulla dubitatione finali Nitzschius, Kuehnerus, alii sensum consecutivum tribuerint.

π. 369 ἐμίμνομεν ἠῶ δῖαν Τηλέμαχον λοχόωντες, ἵνα φθίσωμεν
σ. 54 γαστήρ μ' ὀτρύνει, ἵνα πληγῇσι δαμείω
Α. 203 τίπτ' αὖτ' εἰλήλουθας; ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ; (cf. p. 30)
Β. 232 ἐπιδεύεαι . . . γυναῖκα, ἵνα μίσγεαι ἐν φιλότητι
381 ἔρχεσθε ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα (cf. Τ. 275).
Η. 26 τίπτ' ἦλθες ἀπ' Οὐλύμποιο; ἦ ἵνα δῷς Δαναοῖσι νίκην; (cf. p. 30)
Ι. 495 ἐποιεύμην σε παῖδα, ἵνα μοί ποτε λοιγὸν ἀμύνῃς
Ο. 597 ἐβούλετο Ἕκτορι κῦδος ὀρέξαι, ἵνα πῦρ νηυσὶν ἐμβάλοι . . . ἐπικρήνειε Θέτιδος ἀρήν
Ρ. 126 ἕλκε Πάτροκλον, ἵνα κεφαλὴν τάμοι . . . νέκυν κυσὶν δοίη
Φ. 38 ἔταμνεν νέους ὄρπηκας, ἵν' ἅρματος ἄντυγες εἶεν.[1])

1) Non huc pertinet
ϑ. 461 *χαῖρε, ξεῖν', ἵνα καί ποτ' ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ*
μνήσῃ ἐμεῦ, ὅτι μοι πρώτῃ ζωάγρι' ὀφείλεις.
Hoc in loco neminem adhuc ex interpretibus offendisse valde miror. Quid enim hic sibi vult *ἵνα*? Estne fortasse *ἵνα* finale, id quod omnes interpretes putasse videntur, ut sensus fiat ‚salve, ut aliquando in patriam reversus memineris mihi primae te vitam debere servatam'? Eam igitur ob causam Nausicaa Ulixi dicit *χαῖρε, ξεῖνε*, ut hic meminerit etc.? Num igitur credit Nausicaa fore, ut Ulixes sui obliviscatur, nisi ei dicat *χαῖρε, ξεῖνε*? Nam si *ἵνα* finaliter hic intelligitur, alium sensum ex his verbis extorquere nequimus. Vides notionem finalem huc non quadrare neque unam ex iis, quae *ἵνα* particulae praeterea inesse possunt. Equidem puto *χαῖρε, ξεῖνε* ut salutationem a verbis sequentibus esse secernendum, quibus Nausicaa adhortatur Ulixem, ne sui obliviscatur in patriam reversus. *ἵνα μνήσῃ* igitur idem est ac modus optativus vel lenis quidam imperativus (ita etiam scholiasta a. h. l. videtur accepisse *χαῖρε, ξεῖν', ἵνα μνήσῃ*, cum dicit: *προσαγόρευσιν γὰρ ἡ κόρη περιέχει καὶ παράκλησιν μνήμης*), quem usum, cum ante *ἵνα* particulae significationem prorsus contritam existere omnino non potuerit, apud recentissimos demum reperimus auctores eosque deterioris notae, ut apud Epictet. dissert. IV. 1. 41 *ἵνα μὴ μωρὸς ᾖ*, saepius in Novo Testamento, ut Paul. Ep. ad Ephes. 5. 33 *ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα*: in carminibus homericis tale *ἵνα* summe debilitatum occurrere posse iam per se non verisimile est. Et tamen hoc loco exstat. Quid igitur erit statuendum? Hic mihi succurrit ea suspicio, ut putem omnino totum locum, cuius pars sunt vss. 461 et 462, i. e. inde a

His exemplis, quae ne umbram quidem praestant principalium *ἵνα* finalis notionum, simillimum est unum, ubi enuntiatio finalis ex duabus constat partibus, ex quibus una ad pristinum sensum revocari potest, altera non potest:

Τ. 173 τὰ δὲ δῶρα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
οἰσέτω ἐς μέσσην ἀγορήν, ἵνα πάντες Ἀχαιοὶ
ὀφθαλμοῖσι ἴδωσι, σὺ δὲ φρεσὶ σῇσιν ἰανθῇς.

Quo loco *ἵνα* relatum non nisi ad prius enuntiati finalis verbum (*ἴδωσι*) locativam sapit significationem, ita ut nobis concludendum sit ne talibus quidem locis, ubi nihil nos prohibet, quin *ἵνα* finale ad sensum principalem revocemus, originis memoriam tam claram fuisse, quam videtur.

Eodem nos ducit ea res, quod saepius duobus aut pluribus locis, quibus non modo idem sensus inest, sed etiam haud raro plane eadem verba, modo *ἵνα* reperimus modo aliam particulam finalem. Quod pauca iam demonstrabunt exempla, ut γ. 476 *Τηλεμάχῳ ἵππους ζεύξαθ' ὑφ' ἅρματ' ἄγοντες, ἵνα πρήσσῃσιν ὁδοῖο* coll. cum ο. 47 *ἵππους ζεῦξον ὑφ' ἅρματ' ἄγων, ὄφρα πρήσσωμεν ὁδοῖο*, Ρ. 126 *ἕλχ', ἵνα κεφαλὴν τάμοι ὀξέι χαλκῷ* coll. cum Δ. 465 *ἕλκε δ' ὑπὲκ βελέων, λελιημένος ὄφρα τάχιστα τεύχεα συλήσειε* (cf. p. 14), ι. 489 *ἐκέλευσα ἐμβαλεῖν κώπῃς, ἵνα φύγοιμεν* coll. cum. γ.

vs. 457 usque ad vs. 468 interpolatori esse tribuendum. Nam etsi concedo mores aevi homerici non metiendos esse ex usu aetatis posterioris excultiorisque, tamen parum mihi videtur aptum, quod Nausicaa, quam modestia optime decebat, quasi praemium sibi postulat, et tam pingui quidem Minerva postulat (nam ζ. 240—45, quem locum Nitzschius comparat, cum ibi Nausicaa cum ancillis colloquatur, totus rerum status longe est alius). Et ecce! Remove e textu hoc Nausicaae et Ulixis colloquium haud ita pulcrum: videbis sententiarum nexum adeo non esse turbatum, ut vs. 469 versum 456 optime excipiat:
ἐκ ῥ' ἀσαμίνθου βὰς ἄνδρας μετὰ οἰνοποτῆρας
ἤε καὶ ἐς θρόνον ἷζε παρ' Ἀλκίνοον βασιλῆα.

Fortasse vss. 457—68 ideo irrepsere, quia offendebatur in ea re, quod Ulixes, quamquam Nausicaae servatam debet vitam, tamen ex Scheria discedens (lib. ν) cum ea ne aliquantulum quidem colloquitur. Sed vides, quam inepte iam libro ϑ interpolator inseruerit hos versus, qui non nisi ad discessum Ulixis spectare possunt.

175 *ἠνώγει πέλαγος εἰς Εὔβοιαν τέμνειν, ὄφρα τάχιστα φύγοιμεν*, γ. 2 *ἠέλιος ἀνόρουσεν οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵνα φαείνοι* coll. cum σ. 307 *λαμπτῆρας ἵστασαν ἐν μεγάροισιν, ὄφρα φαείνοιεν*, γ. 327 *λίσσεσθαι δέ μιν αὐτός, ἵνα νημερτὲς ἐνίσπῃ* coll. cum γ. 19 *λίσσεσθαι δέ μιν αὐτός, ὅπως νημερτέα εἴπῃ*, δ. 591 *δώσω ἄλεισον, ἵνα σπένδῃσθα* coll. cum ϑ. 431 *ὀπάσσω ἄλεισον, ὄφρα σπένδῃ*, η. 164 *κέλευσον οἶνον ἐπικρῆσαι, ἵνα σπείσομεν* coll. cum Z. 259 *μένε, ὄφρα κ' οἶνον ἐνείκω, ὡς σπείσῃς*. Qui loci cum aptissimi sint ad illustrandam totam rationem, quae inter omnes particulas finales in usu homerico intercedit, conferas etiam γ. 145 *βούλετο ῥέξαι ἱερὰς ἑκατόμβας, ὡς τὸν Ἀθηναίης χόλον ἐξακέσαιτο* coll. cum A. 444 *πρό μ' ἔπεμψεν Ἀγαμέμνων Φοίβῳ ῥέξαι ἱερὴν ἑκατόμβην, ὄφρ' ἱλάσομεσθ' ἄνακτα*. His exemplis addere poteram etiam alia, nisi haec, quae supra scripsi, iam satis superque comprobarent aevo homerico memoriam principalium *ἵνα* finalis notionum minime fuisse integram.

III.

Quos modo in medium protuli locos, pauci quidem sunt pro iis, quos supra demonstravi ad sensum pristinum revocari posse, sed tamen his paucis tantum momenti tribuendum est, ut dubitare non liceat, quin etiam illis aliis locis originis memoria plerumque vix iam relicta fuerit. Attamen si quis concluderet una cum originis memoria totam naturam *ἵνα* finalis propriam evanuisse, temerarie concluderet. Nam intercedit diversitas quaedam inter *ἵνα* et alias particulas finales, non ita quidem, quasi certo quodam loco non nisi certa quaedam particula finalis adhiberi possit (neque enim raro in uno eodemque sententiarum nexu ratio finalis ex pluribus duci potest fontibus), sed ita potius, ut discrimen quoddam appareat, si omnibus singularum particularum locis sub unum conspectum positis comparationem instituas. Tum enim non ita difficile erit cognoscere et totam speciem, quam quaeque particula finalis praebeat, cum suspensa sit ex origine, esse propriam et parva quaedam signa nobis occurrere, quae per se quidem vix digna videntur, quorum omnino habeatur

ratio, sed quae relata ad pristinum significatum particularum perspicue ostendunt eum ex mentibus hominum evanuisse, non ex linguae indole. Et *ἵνα* finalis quidem natura posita mihi videtur potissimum in eo, quod aliquid definiti in se habet. Quae res et origine *ἵνα* finalis satis apparet et usu confirmatur. Et primum quidem, quomodo ex origine *ἵνα* finali aliquid definiti possit inesse, ex parte saltem facile intelligitur: nam instrumentum quo vel causam qua quid fit, res esse certas nemo negabit. Sufficit hac in re exemplorum meminisse, quae supra attuli plurima. (Sed cf. infra p. 44). Non aeque simpliciter res se habet in *ἵνα* locativo. Nam ‚ubi' iam ‚natura sua esse definitum', ut Hermannus opusc. IV p. 136 opinatur, mea quidem sententia non verum est. Ut enim temporis spatium nullis tenetur vinculis, sic ne loci quidem. Vera causa, cur natura definita tribuenda sit etiam iis exemplis, ubi *ἵνα* finale ex *ἵνα* locativo ortum exstat, posita est ea in re, quod tantum non omnibus locis homericis, ubi tale *ἵνα* finale occurrit, in enuntiatione primaria locum quendam videmus allatum, ad quem *ἵνα* referendum est. Conferas, ut aliquot modo proferam exempla:

α. 373 *ἀγορήνδε καθεζώμεθα, ἵν' ἀποείπω*
γ. 2 *ἠέλιος ἀνόρουσεν οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵνα φαείνοι*
361 *εἶμι ἐπὶ νῆα μέλαιναν, ἵνα θαρσύνω . . . εἴπω*
ϑ. 307 *δεῦτε, ἵνα ἴδησθε*
ι. 517 *ἀλλ' ἄγε δεῦρο, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω . . . ὀτρύνω*
λ. 169 *ἑπόμην Ἴλιον εἰς εὔπωλον, ἵνα μαχοίμην*
561 *ἀλλ' ἄγε δεῦρο, ἵν' ἀκούσῃς*
μ. 185 *δεῦρ' ἄγ' ἰὼν νῆα κατάστησον, ἵν' ἀκούσῃς*
Γ. 130 *δεῦρ' ἴθι, ἵνα ἴδηαι*
252 *καλέουσιν ἄριστοι ἐς πεδίον καταβῆναι, ἵνα τάμητε ὅρκια*
Π. 576 *ἔπεμπον ἕπεσθαι Ἴλιον εἰς εὔπωλον, ἵνα μάχοιτο*
Ψ. 207 *εἶμι Αἰθιόπων ἐς γαῖαν, ἵνα μεταδαίσομαι*

Ω. 43 *εἶσι ἐπὶ μῆλα βροτῶν, ἵνα δαῖτα λάβῃσιν*
381 *ἐκπέμπεις κειμήλια ἄνδρας ἐς ἀλλοδάπους, ἵνα περ τάδε τοι σόα μίμνῃ.*

cf. praeterea *ν.* 74, 303, 364, *ξ.* 71, 408, *ρ.* 175, 529, *χ.* 168.

Aliis locis, ubi certus quidam locus deest in enuntiatione primaria, facile potest suppleri, ut

ε. 2, *Λ.* 2 (cf. *T.* 2 et *ψ.* 348) *ὤρνυτο ἐκ λεχέων* (sc. *οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον*, cf. *γ.* 2), *ἵνα φέροι φόως*
ξ. 414 *ἄξετε ὑῶν τὸν ἄριστον* (sc. *δεῦρο*), *ἵν' ἱερεύσω*
ε. 91 et *Σ.* 387 *ἕπεο προτέρω* (sc. *δεῦρο*, cf. *ι.* 517), *ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω*
ο. 251 (cf. *Y.* 234) *Ἠὼς ἥρπασε Κλεῖτον* (sc. *ἐς Οὔλυμπον*), *ἵν' ἀθανάτοισι μετείη*
τ. 413 *ἦλθεν* (sc. *πρὸς Αὐτόλυκον*), *ἵνα οἱ πόροι ἀγλαὰ δῶρα.*

Perraro tantum certus locus neque indicatus est neque facile suppleri potest: *ζ.* 50 *βῆ δ' ἰέναι διὰ δώμαθ'* (cf. variam lectionem *κατὰ δώμαθ'*), *ἵν' ἀγγείλειε τοκεῦσιν* et *ρ.* 250 *ἄξω τὸν ἐπὶ νηὸς τῆλ' Ἰθάκης, ἵνα μοι βίοτον ἄλφοι* — certe exiguus numerus, qui ipsam confirmat regulam.

Haec regula imprimis etiam ex binis apparet locis, qui una cum loci cuiusdam commemoratione *ἵνα* praebent, sine ea *ὄφρα*: *ν.* 74 *Ὀδυσῆι στόρεσαν ῥῆγός τε λίνον τε νηὸς ἐπ' ἰκριόφιν, ἵνα νήγρετον εὕδοι* coll. cum *ψ.* 171 *ἀλλ' ἄγε μοι στόρεσον λέχος, ὄφρα καὶ αὐτὸς λέξομαι* et *Γ.* 105 *ἄξετε δὲ Πρίαμον, ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ* coll. cum *Γ.* 252 *καλέουσιν ἄριστοι ἐς πεδίον καταβῆναι, ἵν' ὅρκια πιστὰ τάμητε.* Simul et his locis et iis, quos supra attuli, elucet significationem locativam nondum prorsus in *ἵνα* finali esse exstinctam (cf. etiam Braune in programm. gymn. Cottbus. 1855, p. 8).

Praeterea *ἵνα* finalis natura definita apparet iis potissimum locis, ubi in uno sententiarum nexu duae se excipiunt particulae finales, ex quibus una *ἵνα* est, ut

ξ. 296 *ἐς Λιβύην μ' ἐέσσατο ἐπὶ νηὸς | ψεύδεα βουλεύσας, ἵνα οἱ σὺν φόρτον ἄγοιμι, | κεῖθι δέ μ' ὡς περάσειε καὶ ὤνον ἕλοιτο.*

Hic enim Ulixes ad indicandum eum Phoenicis finem,

quem ille cum ipso Ulixe communicaverat, utitur particula *ἵνα*; ad eum, quem ille in animo habuerat, *ὡς*: *ἵνα* igitur id indicat, quod secundum Phoenicis verba revera erat eventurum.

Satis igitur videmus *ἵνα* finale speciem praestare definitam, unde illud quoque mihi videtur explicandum, quod certa lex est linguae graecae, ne in iis enuntiationibus finalibus, quae ab *ἵνα* incipiunt, particulae *ἄν* vel *κεν* locum habeant. Nam *ἄν* et *κεν* sententiae semper aliquam condicionem dubitationemque et hanc ob causam aliquid incerti et minus definiti admiscent. Cuius legis, quae per omnia linguae graecae tempora duravit, perpaucae tantum occurrunt exceptiones, ex quibus una in carminibus homericis:

μ. 156 *ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγών, ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν*
ἤ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν.

Qui locus propterea a viris doctis varie aut explicatus est aut emendatus. Et Hermannus quidem l. l. p. 137 codicum lectionem eo conatur tueri, ut dicat *κε — κεν* non pertinere ad verba *θάνωμεν - φύγοιμεν*, sed ad *ἤ — ἤ*, ideoque non esse offendendum. Similiter de hoc loco agit Thierschius, Gramm. gr. § 340. 6. 2. At ingenue confiteor me non intelligere, quomodo fieri possit, ut *κε — κεν* cum *ἤ — ἤ* coniungatur: quod si facimus, concedendum est nobis *ἄν* et *κεν* cum quacunque coniungi posse voce. Porro Kuehnerus Gramm. gr. II. p. 901 contendit *κε — κεν* hic cum *τε — τε* esse comparandum neque positum nisi ut duo membra inter se contraria coniungat („Die Finalconiunction *ἵνα* findet sich ep. mit *κεν* verbunden nur *μ.* 156, wo jedoch *κεν* zu *ἤ — ἤ* zu gehören scheint, wie *ἐάντε — ἐάντε*, sive — sive"). Quam opinionem viro docto indignam opus non est a me refutari. Nauckius denique recte ratus *κε — κεν* hic pro consuetudine cum sermonis homerici tum linguae graecae non esse ferendum, *ἤ κε — ἤ κεν* mutat in *ἠέ — ἢ καί*, quae emendatio et facilis quidem est neque a sensu aliena, sed tamen mihi non probatur. Equidem enim haereo non magis in *κε — κεν* quam in *ἵνα*. Nam structura huius loci talis est, ut id enuntiationis finalis verbum, ad quod

finis proprie pertinet, forma utatur participii, aliud forma verbi finiti. Qui loquendi usus haud raro quidem exstat in carminibus homericis, sed, si exstat, praeter hunc locum et *Ψ*. 297 *Ἀγαμέμνονι δῶκ' Ἐχέπωλος | δῶρ', ἵνα μή οἱ ἕποιθ' ὑπὸ Ἴλιον . . . |, ἀλλ' αὐτοῦ τέρποιτο μένων* (qui locus ideo vix dignus est, cuius habeatur ratio, quia priore in membro occurrit verbum finitum, in posteriore demum pro illo participium) particula finalis nusquam *ἵνα* est, sed plerumque *ὄφρα*, interdum *ὡς* (cf. p. 42 et 43). Meo igitur iure mihi videor dubitare, num *ἵνα* genuina hic sit lectio, praesertim cum praeterea in *κε—κεν* valde offendamus. Quae cum ita sint, pro *ἵνα* legendum propono *ὄφρ'* aut *ὡς*. Nam *ὡς* saepissime cum *ἄν* vel *κεν* coniungitur, *ὄφρα* non raro.

Adhuc egimus de *ἵνα* finalis certa definitaque natura: nunc progrediamur ad singula quaedam *ἵνα* finalis propria. Hic imprimis illud dignum est quod commemoretur, quod in iis enuntiationibus finalibus, quae ab *ἵνα* incipiunt, paene numquam reperiuntur adverbia loci aut aliae voces locum significantes. Ab hac lege semel tantum aberratum est in carminibus homericis:

ξ. 408 *τάχιστά μοι ἔνδον ἑταῖροι*
εἶεν, ἵν' ἐν κλισίῃ λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον.

Omnibus reliquis huiusmodi locis coniunctio finalis non *ἵνα* est, sed *οφρα*, semel *ὡς*:

β. 329 *εἰς Ἐφύρην ἐθέλει ἐλθέμεν, ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ*

ζ. 173 *νῦν δ' ἐνθάδε με κάββαλε δαίμων, ὄφρα τί που καὶ τῇδε πάθω κακόν*

ϑ. 42 *ἐμὰ πρὸς δώματ' ἔρχεσθε, ὄφρα ξεῖνον ἐνὶ μεγάροισι φιλέωμεν*

275 *ἔκοπτε δὲ δεσμούς, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν*

556 *εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τεὴν δῆμόν τε πόλιν τε, ὄφρα σε τῇ πέμπωσι τιτυσκόμεναι φρεσὶ νῆες*

μ. 161 *μὲ δεσμῷ δήσατ' ἐν ἀργαλέῳ, ὄφρ' ἔμπεδον αὐτόθι μίμνω*

ξ. 297 *ἐς Λιβύην μ' ἐίσσατο ψεύδεα βουλεύσας, ἵνα . . ., κεῖθι δέ μ' ὡς περάσειε . . .*

ϱ. 10 *τὸν ξεῖνον ἄγ' ἐς πόλιν, ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι δαῖτα πτωχεύῃ*

σ. 183 *ἀλλά μοι Αὐτονόην καὶ Ἱπποδάμειαν ἄνωχθι ἐλθέμεν, ὄφρα κέ μοι παρστήετον ἐν μεγάροισιν.*

Cur *ἵνα* non soleat una cum voce significatu locativo praedita poni, non difficile est intellectu. Nam cum fieri non possit, ut in una eademque enuntiatione relativa et particula relativa locum habeat et demonstrativa, elucet rem istam cohaerere cum locativa *ἵνα* particulae vi.

Sed iam ad aliud accedamus. Quaeritur enim, num *ἵνα* ibi praeferatur, ubi certa quaedam verba reperiamus in enuntiatione aut primaria aut finali. Hic idoneum est quod proferatur, cum *ὄφρα* finalis usus multo latius pateat (cf. p. 42), tantum non nihil. Pauca tantum verba sunt excepta: a *τιθέναι, τίθεσθαι* pendet *ἵνα* quater: *α*. 135, λ. 316, *ν*. 157, 364, *ὄφρα* semel: *Σ*. 376, *ὡς* bis: ϑ. 21, ξ. 312; a *δεῦρο, δεῦτε* pendet *ἵνα* ϑ. 307, *ι*. 517, λ. 561, *ὄφρα* *P*. 685; ab *ὀρνύναι, ὄρνυσθαι* pendet *ἵνα* *ε*. 2, *ι*. 155, *ψ*. 348. *Λ*. 2, *T*. 2, *Φ*. 249, *ὄφρα* ζ. 255; a *στάζειν* pendet *ἵνα* *T*. 39, 348, 354. In enuntiatione finali occurrit *ἵνα* ante *ἔχειν* *α*. 95, (*γ*. 78), *P*. 445, *T*. 180, *ὄφρα* σ. 364, *Λ*. 133; *ἵνα* ante *πρήσσειν ὁδοῖο* *γ*. 476, *ο*. 219, *Ω*. 264, *ὄφρα* *ο*. 47; *ἵνα* ante *παύειν* *ε*. 492, *Φ*. 249, 314; *ἵνα* ante *πάσχειν* *ι*. 53, *ν*. 418, *N*. 670, *Y*. 126, *ὄφρα* ζ. 173, *ὡς* χ. 177; *ἵνα* ante *διδόναι* *ι*. 356, *π*. 184, *H*. 26, *P*. 126, *ὄφρα* *υ*. 296, *ὡς* *β*. 53; *ἵνα* ante *φεύγειν* *ι*. 489, *κ*. 129, *μ*. 156 (?), *Ψ*. 314, *ὄφρα* *γ*. 175, *ὡς* ξ. 312; *ἵνα* ante *αἵρεσθαι* *ν*. 422, *E*. 3, *Λ*. 290, *M*. 435, *Ξ*. 365, *ὡς* *Π*. 84; *ἵνα* ante *τάμνειν* σ. 339, *Γ*. 352, *P*. 126, *ὄφρα* *Γ*. 105; *ἵνα* ante *σπένδειν* *δ*. 591, *η*. 164, 180, *ὄφρα* ϑ. 431, *ὡς* *Z*. 259. Haec sunt omnia verba, post aut ante quae *ἵνα* in carminibus homericis saepius exstat quam *ὄφρα* aut *ὡς*. Sed tota fere horum locorum copia nihil confert ad vim *ἵνα* finalis homericam recte statuendam: nam intelligi nequit, cur post *τιθέναι, τίθεσθαι, ὀρνύναι, ὄρνυσθαι, στάζειν*, ante *ἔχειν, πρήσσειν ὁδοῖο*,

παύειν, πάσχειν, διδόναι, φεύγειν, αἱρεσθαι, τάμνειν, σπένδειν magis placuerit *ἵνα* quam *ὄφρα* aut *ὡς*. In *δεῦρο* et *δεῦτε* res aliter se habet: nam *δεῦρο* et *δεῦτε* certum quendam indicant locum, ad quem sequens *ἵνα* referatur.

Denique pauca dicam de *ἵνα* finalis in iis locis usu, qui paene in formulas abierunt. Ut aliquot exempla afferam, *ἵνα* semper in eo versu reperitur, quo Aurora surgens describitur, ut

ε. 2 *Ἠὼς ὤρνυτ᾽ ἐκ λεχέων, ἵνα φόως φέροι* (cf. *Λ*. 2)
Τ. 2 *Ἠὼς ὤρνυτ᾽ ἀπ᾽ Ὠκεανοῖο ῥοάων, ἵνα φόως φέροι*
ψ. 348 *αὐτίκ᾽ ἀπ᾽ Ὠκεανοῦ ἠῶ ὦρσεν, ἵνα φέροι φόως*.

Ter (α. 157, δ. 70, ρ. 592) exstat *ἵνα* in versu . . . . *ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ἵνα μὴ πευθοίαθ᾽ οἱ ἄλλοι*. — Semper particula finalis est *ἵνα*, si interrogatur *ἦ ἵνα* . . .; :

δ. 710 *οὐδέ τί μιν χρεὼ νηῶν ἐπιβαινέμεν. ἦ ἵνα μηδ᾽ ὄνομα λίπηται;*
ν. 418 *τίπτ᾽ οὐκ ἔειπες; ἦ ἵνα καὶ κεῖνος πάσχῃ . . .;*
Α. 203 *τίπτ᾽ αὖτ᾽ εἰλήλουθας; ἦ ἵνα ἴδῃ;*
Η. 26 *τίπτ᾽ ἦλθες ἀπ᾽ Οὐλύμποιο; ἦ ἵνα δῷς Δαναοῖσι νίκην;*
Ρ. 445 *τί σφῶι ἔδομεν Πηλῆι; ἦ ἵνα ἄλγεα ἔχητον;*

Et haec quidem habui, quae de *ἵνα* finalis dicerem et vi principali et usu homerico. Jam transeo ad *ὄφρα*.

ΟΦΡΑ (*et ἕως*).

I.

Quomodo *ὄφρα* ad finalem accesserit significationem, ex parte quidem pro rei perspicuitate iam dudum a viris doctis recte investigatum est, sed cum, eodem modo atque in *ἵνα*, antiquissimorum monumentorum graecorum fines ausi non sint egredi, adeo ne in hac quidem re ad bonum eventum pervenerunt, ut putem non sine causa totam disquisitionem a me redintegrari. Namque equidem censeo ut in *ἵνα* sic etiam in *ὄφρα* non una eademque via esse progrediendum, ut investigemus, unde *ὄφρα* finale fluxerit, sed duabus: altera,

quam etymologia nobis monstrat, altera, quam reliquus praeter finalem usus. Et primum quidem ea progrediamur via, quae ad principalem *ὄφρα* particulae sensum mihi quidem videtur ducere. Nam occurrunt permulti in carminibus homericis loci, ubi, ut in *ἵνα*, ita in *ὄφρα* finali vestigia quaedam significationis instrumentalis restare haud ita difficile cognoscitur. Quod ne hic quidem ita intelligi volo, quasi contenderem etymologiam *ὄφρα* particulae tam certam esse, ut ea iam nostro iure uti possemus ad explicandas significationes recentiores: contra confirmari illam etymologiam his reliquiis puto. Huc quae pertinent exempla, sunt haec fere:

α. 261 *ᾤχετο κεῖσε ἐπὶ νηὸς διζήμενος φάρμακον ἀνδροφόνον, ὄφρα οἱ εἴη ἰοὺς χρίεσθαι* (Zen. *ὄφρα δαείη*, schol. *ἥν που ἐφεύροι*)
γ. 334 *τάμνετε γλώσσας... κεράασθε οἶνον, ὄφρα σπείσαντες Ποσειδάωνι καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι μεδώμεθα κοίτοιο* (cf. p. 42)
ο. 149 *τοὺς δὲ μετ᾽ Ἀτρείδης ἔκιεν οἶνον ἔχων, ὄφρα λείψαντε κιοίτην* (cf. p. 42)
σ. 419 *οἰνοχόος ἐπαρξάσθω δεπάεσσιν, ὄφρα σπείσαντες κατακείομεν*. vid. φ. 264 (cf. p. 42)
Ω. 285 *ἦλθεν οἶνον ἔχουσα, ὄφρα λείψαντες κιοίτην* (cf. p. 42)
ε. 255 *πηδάλιον ποιήσατο, ὄφρ᾽ ἰθύνοι*
ϑ. 275 *ἔκοπτε δεσμούς, ὄφρ᾽ ἔμπεδον αὐτόθι μένοιεν* (cf. μ. 161, *Ν*. 37)
427 *ἰήνατε χαλκὸν ... θέρμετε ὕδωρ, ὄφρα λοεσσάμενος καὶ ἰδὼν εὖ κείμενα πολλὰ δαιτί τε τέρπηται...* (cf. p. 42—43)
431 *ὀπίσσω ἄλεισον, ὄφρα σπένδῃ*
ν. 190 *περὶ δ᾽ ἠέρ᾽ ἔχευεν, ὄφρα μιν ἄγνωστον τεύξειεν ... ἕκαστα δὲ μυθήσαιτο* (cf. p. 40)
ξ. 28 *τὸν δ᾽ ἀποπροέηκε σῦν ἀγέμεν μνηστῆρσιν, ὀφρ᾽ ἱερεύσαντες κορεσαίατο θυμόν*
ο. 47 *ζεῦξον ἵππους, ὄφρα πρήσσωμεν ὁδοῖο*
294 *οὖρον ἵει Ἀθήνη, ὄφρα τάχιστα νηῦς ανύσειεν*

ν. 81 μ' Ἄρτεμις βάλοι, ὄφρ' Ὀδυσῆα ὀσσομένη καὶ γαῖαν ὑπὸ στυγερὴν ἀφικοίμην μηδέ τι χείρονος ἀνδρὸς νόημα εὐφραίνοιμι

φ. 179 ἔνεικε τρόχον στέατος, ὄφρα θάλποντες ἐπιχρίοντες ἀλοιφῇ τόξου ... πειρώμεσθα ... ἐκτελέωμεν ἄεθλον (cf. p. 42)

281 ἀλλ' ἄγε δότε τόξον, ὄφρα πειρήσομαι

χ. 482 οἶσε θέειον ... πῦρ, ὄφρα θεειώσω

Α. 444 πρό μ' ἔπεμψεν Ἀγαμέμνων παῖδά τέ σοι ὀγέμεν, Φοίβῳ θ' ἱερὴν ἑκατόμβην ῥέξαι, ὄφρ' ἱλασόμεσθ' ἄνακτα

Ε. 360 κόμισαί τέ με δός τέ μοι ἵππους, ὄφρ' ἐς Ὄλυμπον ἵκωμαι

Θ. 375 ἐπέντυε ἵππους, ὄφρ' ἂν καταδῦσα Διὸς δόμον θωρήξομαι . . ., ὄφρα ἴδωμαι (cf. p. 42 — 43)

Ρ. 452 σφῶιν δ' ἐν γούνεσσι βαλῶ μένος καὶ ἐνὶ θυμῷ, ὄφρα σαώσετον Αὐτομέδοντα

Σ. 376 χρύσεα δ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι ἔθηκεν, ὄφρ' αὐτόματοι δυσαίατο ἀγῶνα ἠδ' αὖθις πρὸς δῶμα νεοίατο

Χ. 443 κέκλετο στῆσαι ἀμφὶ πυρὶ τρίποδα μέγαν, ὄφρα πέλοιτο Ἕκτορι θερμὰ λόετρα

Ψ. 197 λιτάνευεν ἀνέμους ἐλθεῖν, ὄφρα τάχιστα φλεγεθοίατο νεκροὶ . . . ὕλη τε σεύαιτο καήμεναι

Ω. 581 ἔλιπον δύο φάρεα, ὄφρα νέκυν πυκάσας δοίη οἴκόνδε φέρεσθαι (cf. p.42 — 43).

Praeter hos locos ut in *ἵνα* sic etiam hic permulti exstant, ubi *ὄφρα* finale, cum causam magis indicet quam instrumentum, non tam manifesto quidem apparet ex instrumentali esse ortum, sed apparet tamen, ut

δ. 473 ὤφελλες Διί τ' ἄλλοισιν τε θεοῖσι ῥέξας ἱερὰ καλὰ ἀναβαινέμεν, ὄφρα τάχιστα ἵκοιο σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν

ζ. 32 τοὶ συνέριθος ἅμ' ἕψομαι, ὄφρα τάχιστα ἐντύνεαι

ι. 13 σοὶ θυμὸς ἐπετράπετο ἐμὰ κήδεα εἴρεσθαι, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον στεναχίζω

ι. 16 μυθήσομαι ὄνομα, ὄφρα καὶ ὑμεῖς εἴδετε, ἐγὼ δ' ἔω ὑμῖν ξεῖνος

229 οὐ πιθόμην, ὄφρ' αὐτόν τε ἴδοιμι καὶ εἴ μοι ξείνια δοίη

348 τῆ πίε οἶνον, ὄφρ' εἰδῇς

κ. 298 μὴ ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνήν, ὄφρα κέ τοι λύσῃ ἑτάρους αὐτόν τε κομίσσῃ

λ. 96 ἄπισχε φάσγανον αἵματος, ὄφρα πίω καί τοι νημερτέα εἴπω

(sed ambigi potest, utrum *ὄφρα* hic finali praeditum sit siggnificatione an temporali)

211 τί μ' οὐ μίμνεις ἑλέειν μεμαῶτα, ὄφρα καὶ εἰν Ἀίδαο τεταρπώμεσθα γόοιο;

μ. 161 μὲ δήσατε, ὄφρ' ἔμπεδον αὐτόθι μίμνω

Α. 158 σοὶ ἅμ' ἑσπόμεθα, ὄφρα σὺ χαίρῃς

185 κ' ἄγω Βρισηίδα, ὄφρ' εὖ εἰδῇς .. στυγέῃ ἄλλος

524 εἰ δ' ἄγε κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς

578 μητρὶ παρύφημι πατρὶ φίλῳ ἐπὶ ἦρα φέρειν, ὄφρα μὴ νεικείῃσι . . δαῖτα ταράξῃ πατήρ

Γ. 353 δάμασσον Ἀλέξανδρον, ὄφρα τις ἐρρίγῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι

Ε. 128 ἀχλὺν εἷλον ἀπ' ὀφθαλμῶν, ὄφρα γιγνώσκῃς

Ζ. 170 δεῖξαι πίνακα ἠνώγει, ὄφρ' ἀπόλοιτο

230 τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν, ὄφρα καὶ οἵδε γνώωσι

Η. 300 δῶρα δ' ἀλλήλοισι δώομεν ἄμφω, ὄφρα τις εἴπῃσι

Θ. 110 ἰθύνομεν ἐπὶ Τρωσίν, ὄφρα καὶ Ἕκτωρ εἴσεται

406 αὐτὰς ἐκ δίφρου βαλῶ κατά θ' ἅρματα ἄξω, ὄφρα γλαυκῶπις εἰδῇ (cf. 420)

Ι. 257 ληγέμεναι ἔριδος, ὄφρα σε μᾶλλον τίωσιν Ἀχαιοί

370 τῷ πάντ' ἀγορευέμεν ἀμφαδόν, ὄφρα καὶ ἄλλοι ἐπισκύζωνται

621 Πατρόκλῳ νεῖσε σιωπῇ Φοίνικι στορέσαι λέχος, ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο

Μ. 7 οὐδὲ θεοῖς δόσαν κλειτὰς ἑκατόμβας, ὄφρα σφιν νῆάς τε καὶ ληίδα ῥύοιτο ἐντὸς ἔχον

317 χρὴ ἑστάμεν ἠδὲ μάχης ἀντιβολῆσαι, ὄφρα τις ὧδ' εἴπῃ.

cf. praeterea ν. 344, π. 236, σ. 346, (et υ. 285), υ. 336, φ. 112, 218, 336, χ. 52, 373, ψ. 5, ω. 329, Ξ. 97, Ο. 31, Π. 100, 524, 568, Τ. 144, 231, Υ. 303, Φ. 61, Χ. 56, 281, 328[1]) Ω. 636.

Haec de uno ὄφρα finalis fonte eoque antiquiore, quem videmus eundem esse atque priorem fontem ἵνα finalis. Nunc ad alterum ὄφρα solius proprium, quem iam dudum a viris doctis cognitum esse supra commemoravi: ὄφρα temporale dico, quod terminum significat, usque ad quem aliquid pertinet. Quod ὄφρα quomodo ad indicandum finem adhiberi potuerit, facile intelligitur eo (cf. Schoemannum Redeth. p. 183), quod, si enuntiatio temporalis ab ὄφρα ‚bis' incipit, actio enuntiationis primariae usque ad initium aut finem actionis suspensae porrigitur et ita, haec posterior ut fiat, saepe videtur optari, prout enuntiatio pendens accipitur ex sententia subiecti dicta

1) De Χ. 328 οὐδ' ἄρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελίη τάμε χαλκοβάρεια,
ὄφρα τί μιν προτιείποι ἀμειβόμενος ἐπέεσσιν
vetus lis est propter ὄφρα, cui hic notionem finalem inesse non posse multis persuasum est. Jam scholiasta hac de re disserit: ἀθετεῖται, ὅτι γελοῖος, εἰ ἡ μελίη ἐπετήδευσε μὴ ἀποτεμεῖν τὸν ἀσφάραγον, ἵνα προσφωνήσῃ τὸν Ἀχιλλέα. Quod scholion secutus etiam Nauckius, delendos esse hos versus coniecit. Alii, ut Nitzschius et Kuehnerus, consecutivam vim ὄφρα particulae hic inesse statuunt. Sed recte hos versus interpretati sunt iam aliquot veteres schol. l. l.: ἀπολογούμενοι δέ φασιν ὅτι τὸ ἐκ τύχης συμβεβηκὸς αἰτιατικῶς ἐξενήνοχεν, et in schol. Ven. B. a. h. l.: εἴωθε δὲ τὰ ἐκ τύχης ὡς ἐξ αἰτίας λέγειν. Ita si illum locum accipiemus, nemo iam dubitabit, quin etiam illic solita ὄφρα particulae vis servata sit. — Idem cadit in
μ. 428 ἦλθε δ' ἐπὶ νότος ὦκα, φέρων ἐμῷ ἄλγεα θυμῷ,
ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν.
(Aliter mihi videtur explicandum
Β. 359 ἁπτέσθω ἧς νηὸς ἐυσσέλμοιο μελαίνης,
ὄφρα πρόσθ' ἄλλων θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ.
Finem quidem ex subiecti sententia dictum hic statuere vix licet, sed tamen talem, ut tota haec sententia ex ironia quadam sit intelligenda. Neque fati consilium referendum puto, ut Ebelingius lex. hom. vult, ad
λ. 214 ἦ τί μοι εἴδωλον τόδ' ἀγαυὴ Περσεφόνεια
ὤτρυν', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω

aut non accipitur. Quod cum ex sermone homerico non semper pronum sit iudicare — nam coniunctivus, optativus, futuri indicativus aeque locum habent in enuntiatis temporalibus atque in finalibus —, interdum ambigi potest, utrum ὄφρα temporale sit intelligendum an ὄφρα finale, ut

α. 310 ἐπίμεινον, ὄφρα λοεσσάμενός τε τεταρπόμενός τε
φίλον κῆρ, δῶρον ἔχων, ἐπὶ νῆα κίῃς
ζ. 218 στῆτ' ἀπόπροθεν, ὄφρ' ἀπολούσομαι . . . χρίσομαι
τ. 17 ἔρυξον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκας, ὄφρα κε καταθείομαι
ἔντεα πατρὸς ἐς θάλαμον
Ζ. 258 μένε, ὄφρα κε τὸν οἶνον ἐνείκω
Κ. 444 ἠέ με λίπετε αὐτόθι, ὄφρα κεν ἔλθητον καὶ πειρηθῆτον ἐμεῖο.

Videmus his exemplis, quanta similitudo intercedat inter enuntiationes temporales ab ὄφρα ‚bis' incipientes et finales. Idem valet, si in initio enuntiationis temporalis reperimus ἕως vel εἰς ὅ κε, quae particulae prorsus idem significant atque ὄφρα, ut

β. 77 τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ἄστυ ποτιπτυσσοίμεθα μύθῳ
χρήματ' ἀπαιτίζοντες, ἕως κ' ἀπὸ πάντα δοθείη
ε. 385 πρὸ δὲ κύματ' ἔαξεν,
ἧος ὃ Φαιήκεσσι φιληρέτμοισι μιγείη
ι. 375 καὶ τότ' ἐγὼ τὸν μοχλὸν ὑπὸ σποδοῦ ἤλασα πολλῆς,
ἧος θερμαίνοιτο
Ω. 182 τοῖος γάρ τοι πομπὸς ἅμ' ἕψεται ἀργεϊφόντης,
ὅς σ' ἄξει, ἧός κεν ἄγων Ἀχιλῆι πελάσσῃ.
κ. 460 ἀλλ' ἄγετ' ἐσθίετε βρώμην καὶ πίνετε οἶνον,
εἰς ὅ κεν αὖτις θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι λάβητε
Β. 332 ἀλλ' ἄγε μίμνετε πάντες, ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί,
αὐτοῦ, εἰς ὅ κεν ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἕλωμεν.

Sed iam ab his exemplis, quae transitum quendam indicant rationis temporalis ad finalem, ad ipsas enuntiationes finales transeamus. ὄφρα finale primitus temporaliter accep-

neque ad π. 195 ἀλλά με δαίμων
θέλγει, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω:
nam quid nos cogit putare λ. 214 Proserpinae, π. 195 δαίμονι consilium non infuisse?)

tum fuisse satis etiam manifesto iis potissimum apparet locis, ubi in enuntiatione primaria verbum aliquod eundi, standi, manendi vel simile quoddam occurrit, ut

γ. 15 *τοὔνεκα πόντον ἐπέπλως, ὄφρα πύθηαι*
175 *ἠνώγει πέλαγος εἰς Εὔβοιαν τέμνειν, ὄφρα τάχιστα φύγοιμεν*
285 *ἔνθα κατέσχετο, ὄφρ' ἑταῖρον θάπτοι . . . κτερέϊσειεν*
ζ. 304 *διελθέμεν μεγάροιο, ὄφρ' ἂν ἵκηαι μητέρ' ἐμήν*
η. 319 *οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην, ὄφρ' ἂν ἵκηαι πατρίδα σήν*
κ. 426 *ὀτρύνεσθε ἕπεσθαι, ὄφρα ἴδησθε ἑταίρους*
μ. 51 *ἐκ δ' αὐτοῦ πείρατ' ἀνήφθω, ὄφρα κε τερπόμενος ὄπ' ἀκούσῃς Σειρήνοιιν*
ρ. 52 *ἐλεύσομαι, ὄφρα ξεῖνον καλέσσω*
σ. 364 *πτώσσειν βούλεαι κατὰ δῆμον, ὄφρ' ἂν ἔχῃς βόσκειν σὴν γαστέρα*
τ. 45 *ὑπολείψομαι αὐτοῦ, ὄφρα κ' ἐρεθίζω δμῳὰς καὶ μητέρα σήν*
ψ. 52 *ἕπευ, ὄφρ' ἐυφροσύνης ἐπιβῆτον*
Β. 237 *τὸν δ' ἐῶμεν αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ γέρα πεσσέμεν, ὄφρα ἴδηται*
299 *μείνατε ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν*
440 *ἴομεν κατὰ στρατὸν Ἀχαιῶν, ὄφρα κεν ἐγείρομεν ἄρηα*
Γ. 163 *δεῦρο πάροιθεν ἐμεῖο ἐλθοῦσα ἵζευ, ὄφρα ἴδῃ*
Ζ. 280 *Πάριν μετελεύσομαι, ὄφρα καλέσσω*
Θ. 96 *μένε, ὄφρα γέροντος ἀπώσομεν ἄγριον ἄνδρα*
191 *ἐφομαρτεῖτον . . σπεύδετον, ὄφρα λάβωμεν ἀσπίδα Νεστορέην*
Ι. 428 *αὖθι μένων παρ' ἄμμι κατακοιμηθήτω, ὄφρα μοι ἐν νήεσσι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν ἕπηται αὔριον*
Κ. 97 *δεῦρο ἐς τοὺς φύλακας καταβείομεν, ὄφρα ἴδωμεν*
146 *ἕπευ, ὄφρα καὶ ἄλλον ἐγείρομεν*
Λ. 839 *ἔρχομαι, ὄφρ' ἐνίσπω Ἀχιλῆι μῦθον*
Μ. 26 *ὗε, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη*
281 *χέει νιφάδας ἔμπεδον, ὄφρα καλύψῃ ὀρέων κορυφάς*

Μ. 356 *ἠνώγει ὑμᾶς κεῖσ' ἴμεν, ὄφρ' ἀντιάσητον πόνοιο*
Ν. 326 *ἔχ' ἐπ' ἀριστερὰ στρατοῦ, ὄφρα εἴδομεν*
381 *ἕπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα*
449 *ἵστασο ἐναντίον ἐμεῖο, ὄφρα ἴδῃ*
Π. 423 *ἀντήσω τοῦδ' ἀνέρος, ὄφρα δαείω*
Ρ. 685 *εἰ δ' ἄγε δεῦρο, ὄφρα πύθηαι*
Σ. 63 *εἶμι, ὄφρα ἴδωμι . . ἐπακούσω*
114 *εἶμι, ὄφρα κιχείω Ἕκτορα*
Υ. 24 *ἔρχεσθε, ὄφρ' ἂν ἵκησθε μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς*
Χ. 382 *εἰ δ' ἄγε ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν, ὄφρα κε Τρώων νόον γνῶμεν.*

Sed etiam si alia verba in enuntiatione primaria occurrunt, ut loquendi, audiendi, videndi, narrandi, alia, de *ὄφρα* finalis origine temporali dubitari vix potest, ut

α. 174 *ἀγόρευσόν μοι τοῦτ' ἐτήτυμον, ὄφρ' ἐὺ εἰδῶ* (cf. *δ.* 645, *ν.* 232, *ξ.* 186, *ω.* 258, 297, 463).
ζ. 239 *κλῦτέ μευ, ὄφρα τι εἴπω*
η. 187 *κέκλυτε, ὄφρ' εἴπω* (cf. *θ.* 27, *μ.* 272, *ρ.* 469, *σ.* 43, 352, *υ.* 292, (*φ.* 276), *Η.* 68, 349, 369, *Θ.* 6, *Τ.* 102).
ι. 280 *εἰπέ, ὄφρα δαείω*
Κ. 425 *δίειπε, ὄφρα δαείω*
π. 236 *κατάλεξον μνηστῆρας, ὄφρ' εἰδέω . . καί κεν φράσσομαι*
χ. 234 *ἀλλ' ἄγε δεῦρο παρ' ἔμ' ἵστασο καὶ ἰδὲ ἔργον, ὄφρ' εἰδῇς*
ψ. 83 *ἴομεν κατὰ παῖδ' ἐμόν, ὄφρα ἴδωμαι μνηστῆρας τεθνηότας*
Α. 515 *ἀπόειπε, ὄφρ' ἐὺ εἰδῶ*
Ζ. 150 *εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' ἐὺ εἰδῇς* (cf. *Υ.* 213)
Φ. 487 *εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι, ὄφρ' ἐὺ εἰδῇς*
Ο. 31 *νῦν σε μνήσω, ἵν' ἀπολήξῃς ἀπατάων . . ., ὄφρα ἴδῃ*
Σ. 52 *κλῦτε, ὄφρ' ἐὺ εἴδετε.*

Haec de duobus fontibus, ex quibus *ὄφρα* finale fluxisse mihi quidem persuasum est.

II.

Jam accedo ad ea exempla, in quibus minus certa apparent primariae significationis vestigia. Ac primum quidem permulti exstant loci, ubi in ὄφρα finali ne umbra quidem servata est notionis principalis ideoque ὄφρα speciem prae se fert vel maxime generalem. Huc pertinent hi fere loci:

β. 329 ἐθέλει εἰς Ἐφύρην ἐλθεῖν, ὄφρ᾽ ἔνθεν φάρμακ᾽ ἐνείκῃ, ἐν δὲ βάλῃ κρητῆρι καὶ ἡμέας ὀλέσσῃ
γ. 359 σοὶ ἅμ᾽ ἕψεται, ὄφρα κεν εὕδῃ σοῖσιν ἐνὶ μεγάροισιν
419 μοὶ κρηήνατ᾽ ἐέλδωρ, ὄφρ᾽ ἱλάσσομαι Ἀθήνην
421 ὁ μὲν ἐπὶ βοῦν ἴτω, ὄφρα τάχιστα ἔλθῃσι . . . ἐλάσῃ ἐπιβουκόλος ἀνήρ
δ. 163 ἐέλδετο γάρ σ᾽ ἰδέσθαι, ὄφρα οἱ ὑποθήσεαι ἤ τι ἔπος ἠέ τι ἔργον
294 εἰς εὐνὴν τράπεθ᾽ ἡμέας, ὄφρα ταρπώμεθα κοιμηθέντες
463 τίς ἐφράσσατο βουλάς, ὄφρα μ᾽ ἕλοις; (cf. p. 41)
670 δότε νῆα, ὄφρα λοχήσομαι . . φυλάξω
737 Δολίον τις καλέσειεν, ὄφρα καταλέξῃ
Α. 118 ἐμοὶ γέρας αὐτίχ᾽ ἑτοιμάσατε, ὄφρα μὴ οἶος ἔω ἀγέραστος
133 ἐθέλεις, ὄφρ᾽ αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ᾽ αὔτως ἧσθαι δευόμενον[1])
147 σὺ ἔστω ἀρχός, ὄφρ᾽ ἱλάσσεαι ἑκάεργον
Β. 359 ἁπτέσθω ἧς νηός, ὄφρα πρόσθ᾽ ἄλλων θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ
Γ. 105 ἄξετε Πρίαμον, ὄφρ᾽ ὅρκια τάμνῃ
Δ. 205 καλέει σ᾽ Ἀγαμέμνων, ὄφρα ἴδῃ
249 ἦ μένετε Τρῶας ἐλθέμεν . . ., ὄφρα ἴδητε;
269 ὄτρυνε ἄλλους Ἀχαιούς, ὄφρα τάχιστα μαχώμεθα
300 ἔλασσον κακοὺς ἐς μέσσον, ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις πολεμίζοι
465 ἕλκε δ᾽ ὑπὲκ βελέων, λελιημένος ὄφρα τάχιστα τεύχεα συλήσειε (cf. p. 14)
486 ἐξέταμνεν τὴν αἴγειρον ἀνήρ, ὄφρα κάμψῃ ἴτυν δίφρῳ

1) cf. Classen Homer. Sprachgebrauch p. 37.

Ε. 110 ὄρσο, καταβήσεο δίφρου, ὄφρ᾽ ἐρύσσῃς μοι ἐξ ὤμοιο ὀιστόν
227 ἵππων καταβήσομαι, ὄφρα μάχωμαι
666 τὸ μὲν οὔ τις ἐπίφρασατ᾽ οὐδὲ νόησε μηροῦ ἐξερύσαι δόρυ, ὄφρ᾽ ἐπιβαίη
690 παρήϊξεν, λελιημένος ὄφρ᾽ ὤσαιτο Ἀχαιοὺς . . . πολέων ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο (cf. p. 14)

cf. praeterea ζ. 255, 289, ϑ. 241, 394, 477, 556, ι. 248, 320, κ. 26, 65, 316, 341, λ. 214, μ. 52, 333, 428, ν. 52, ξ. 338, 400, ο. 15, 80[1]), π. 195, τ. 98, υ. 296, φ. 267, χ. 11, 392, 397, ψ. 31, 171, Ζ. 195, 308, 361, Η. 80, 85, 340, 439, Θ. 9, Ι. 691, Ο. 23[2]), 470, Π. 242, Ρ. 480, Σ. 147, 344, Τ. 70, Υ. 147, 185, Χ. 56, 342, Ψ. 50, 177, 210, 737, Ω. 75, 294, 312, 636, 657.[3])

1) εἰ δ᾽ ἐθέλεις τραφθῆναι ἀν᾽ Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος,
ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι, ὑποζεύξω δέ τοι ἵππους,
ἄστεα δ᾽ ἀνθρώπων ἡγήσομαι.

Hoc loco occurrit ὄφρα particulae usus sane memorabilis. Nam cum ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι neque ab ὑποζεύξω pendere possit (nullo enim alio loco homerico enuntiationem finalem ante verbum regens reperimus positam) neque, ut Aristarchus videtur velle, a τραφθῆναι ab εἰ δ᾽ ἐθέλεις seiuncto (nam ita quominus struamus, sensus nos prohibet), nihil iam relinquitur nisi ut ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι cum εἰ δ᾽ ἐθέλεις τραφθῆναι . . . coniungamus. Quae structura intelligi vix potest, nisi brachylogiam quandam hic statuimus. Videtur enim εἰ δ᾽ ἐθέλεις τραφθῆναι . . ., ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι . . . dictum esse pro εἰ δ᾽ ἐθέλεις τραφθῆναι . . . καὶ εἰ ἐθέλεις μέ τοι ἕπεσθαι. Usus ὄφρα particulae singularis neque quem similibus locis confirmatum video. Nonne igitur nexus sententiarum aliquatenus putandus est turbatus?

2) ὃν δὲ λάβοιμι, | ῥίπτασκον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ᾽ ἂν ἵκηται | γῆν ὀλιγηπελέων. Nauckius pro ὄφρ᾽ ἂν ἵκηται proponit ἧος ἵκοιτο, sed quid sibi vult hic significatio ‚bis,' cum actio iaciendi non nisi per unum duret punctum temporis?

3) ὄφρα particulae significationem finalem prorsus exstinctam videmus Π. 652 ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι, | ὄφρα θεράπων Ἀχιλῆος . . . Τρῶας καὶ Ἕκτορα . . . ὤσαιτο προτὶ ἄστυ, πολέων δ᾽ ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο. Qui locus non ita intelligendus est, quasi ὧδε ad vs. 651 μερμηρίζων . . ., ἢ ἔτι καὶ πλεόνεσσιν ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν spectet, ut ὄφρα . . . ὤσαιτο κτλ. iusta sit enuntiatio finalis, sed cum ὧδε semper aliquid sequens indicet, ὧδε δέ οἱ δο-

Hic proferendi sunt etiam omnes ii loci, ubi ἕως finale occurrit. Nam quamquam ter tantum ἕως in carminibus homericis reperimus ita usurpatum, ut vim finalem statuere debeamus, tamen omnes tres loci eiusmodi sunt, ut quid ἕως primitus significaverit vix iam appareat:

δ. 799 πέμπε δέ μιν πρὸς δώματ' Ὀδυσῆος, ἧος Πηνελόπειαν παύσειε κλαυθμοῖο

ζ. 79 δῶκεν δ' ὑγρὸν ἔλαιον, ἧος χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν

τ. 367 ... ὅσσα σὺ τῷ ἐδίδους ἀρώμενος, ἧος ἵκοιο | γῆράς τε λιπαρὸν θρέψαιό τε φαίδιμον υἱόν.

Deinde usui homerico in adhibendo ὄφρα finali observato lucem affert unus locus simillimus ei, quem supra p. 23, cum de ἵνα disputabam, attuli:

ν. 190 περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὄφρα μιν αὐτόν
ἄγνωστον τεύξειε, ἕκαστα δὲ μυθήσαιτο.

Nam cum hoc loco ὄφρα, si ad prius enuntiationis finalis membrum refertur, facillime ad significatum instrumentalem revocari possit, minime, si ad alterum: iam sequitur omnino nullam originis memoriam fuisse iis, qui tale quid dixerunt et audierunt.

Tum idem confirmatur plurimis locis, ubi pro ὄφρα

άσσατο κέρδιον εἶναι ad nihil referri potest nisi ad verba sequentia ὄφρα . . . ὤσαιτο κτλ., quae hanc ob causam necesse est accipiamus subiecti loco posita. Vides igitur, quam longe ὄφρα . . . ὤσαιτο κτλ. absit a ratione finali. Aliis locis, ubi formula ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι exstat, recte videmus infinitivum positum ad indicandum id, quod videtur faciendum, ut *N.* 458 ὧδε . . . βῆναι ἐπ' Αἰνείαν, ο. 204 ὧδε . . . στρέψ' ἵππους ἐπὶ νῆα θοήν. Ista structura *Π.* 652 sane mira fortasse aliqua ex parte explicanda est inde, quod in iis verbis, quae videntur, subiectum diversum est ab eo, quod in versu praecedenti οἱ dativo (sc. Διί) indicatur. — Similiter ὄφρα particulae significationem videmus attenuatam *I.* 423 ἀλλ' ὑμεῖς ἰόντες ἀγγελίην ἀπόφασθε, ὄφρ' ἄλλην φράζωνται μῆτιν et *A.* 523 ἐμοὶ δέ κε ταῦτα μελήσεται, ὄφρα τελέσσω, nisi hic temporalem particulae ὄφρα mavis notionem.

finali aliam exspectas particulam finalem. Hic imprimis eorum ratio habenda videtur, ubi ἵνα finale ex locativo ortum potius exspectatur quam ὄφρα:

α. 85 ὀτρύνομεν Ἑρμείαν Ὠγυγίην ἐς νῆσον, ὄφρα τάχιστα εἴπῃ

88 Ἰθάκηνδ' ἐλεύσομαι, ὄφρ' ἐποτρύνω . . μένος ἐν φρεσὶ θείω

β. 410 δεῦτε, φίλοι, ὄφρ' ἦα φερώμεθα (sic Callistr., codd. . . φίλοι, ἤια . .)

γ. 426 Λαέρκεα δεῦρο κελέσθω ἐλθεῖν, ὄφρα περιχεύῃ βοὸς κέρασι χρυσόν

δ. 295 εἰς εὐνὴν τράπεθ' ἡμέας, ὄφρα . . ταρπώμεθα κοιμηθέντες (cf. ψ. 255)

713 ἐφωρμήθη ἐς Πύλον ἴμεν, ὄφρα πύθηται

θ. 12 δεῦτ' ἄγ' ἐς ἀγορὴν ἰέναι, ὄφρα πύθησθε

ξ. 45 ἕπεο, κλισίηνδ' ἴομεν, γέρον, ὄφρ' εἴπῃς

327 τὸν δὲ φάτο βήμεναι ἐς Δωδώνην, ὄφρ' ἐπακούσῃ Διὸς βουλήν (cf. τ. 296).

cf. praeterea ο. 432, π. 25, 234, ρ. 6, 10, 426, σ. 183, 308, ω. 334, *Δ.* 195, *E.* 221, *Θ.* 105, *O.* 56 sqq., *P.* 685, *Ω.* 350.

Uno loco ὡς vel ὅπως videtur aptius esse quam ὄφρα:

δ. 463 τίς νύ τοι θεῶν συμφράσσατο βουλάς, ὄφρα μ' ἕλοις ἀέκοντα λοχησάμενος;

Nam facile in mentem venit multorum illorum locorum, ubi ὡς vel ὅπως post φράζεσθαι, μερμηρίζειν κτλ. occurrit.

Denique conferas multos ex iis locis, qui iam supra p. 23 — 24 collecti non magis ἵνα finalis naturae illustrandae inserviunt quam ad ὄφρα pertinent et ad ὡς (ὅπως).

III.

Jam videmus in ὄφρα idem cadere quod in ἵνα: perveniri quidem posse ad fontes, sed originis memoriam iam aevo homerico magnopere fuisse exstinctam. Sed tamen ne ὄφρα quidem una cum aliis particulis finalibus in notionem plane eandem confluxit, ita ut nobis non liceat ullam cognoscere diversitatem: immo etiam ὄφρα finale natura praeditum est sua ipsius propria. Qua de re nunc dicam.

Ex omnibus particulis finalibus ὄφρα longe saepissime in carminibus homericis reperitur, immo saepius quam ἵνα una cum ὡς (ὅπως). Nam ἵνα 152 locis exstat (ex quibus 83 in Odyssea, 69 in Iliade), ὡς (ὅπως) 66 locis (ex quibus 36 in Od., 30 in Il.), οφρα 261 locis (ex quibus 134 in Od., 127 in Il.)[1]). Jam his ex numeris apparet — id quod iam supra vidimus — ὄφρα finale minime in iis substitisse carceribus, quibus ex duplici origine circumscriptum erat, sed multo magis pristinos fines transgressum esse quam ἵνα et ὡς (ὅπως). Et profecto res ita se habet, ut nostro iure dicamus ὄφρα esse in carminibus homericis particulam finalem propriam, ortam illam quidem ex duabus radicibus per se sane definitis, sed adeo non haerentem in hac origine, ut maxime idonea sit, quae in universum adhibeatur ad indicandum finem. Cuius rei iam supra multa attuli exempla: nunc ad eam confirmandam alia quaedam in medium proferam, quae iam supra, cum de ἵνα disputabam, obiter tetigi: dico eos locos, ubi id enuntiationis finalis verbum, ad quod finis proprie pertinet, formam habet participii, aliud formam verbi finiti, ut

α. 310 ἐπίμεινον, ὄφρα λοεσσάμενός τε τεταρπόμενός τε φίλον κῆρ δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίῃς
γ. 334 τάμνετε γλώσσας . . . κεράασθε οἶνον, ὄφρα σπείσαντες Ποσειδάωνι μεδώμεθα κοίτοιο (cf. σ. 419, φ. 264)
ο. 149 τοὺς δὲ μετ' Ἀτρείδης ἔκιεν οἶνον ἔχων, ὄφρα λείψαντε κιοίτην (cf. Ω. 285)
ν. 52 κρητῆρα κεραssάμενος μέθυ νεῖμον πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ὄφρ' εὐξάμενοι Διὶ τὸν ξεῖνον φιλέωμεν

1) Operae pretium videtur commemorare omnes particulas finales in Odyssea saepius exstare quam in Iliade, quamquam haec multo plures complectitur versus quam illa. Quod inde puto explicandum, quod et in magnis illis multisque proeliorum descriptionibus, quae in Iliade occurrunt, exigua erat occasio enuntiationes finales adhibendi, et Odyssea longo tempore post Iliadem composita est: nam quo propius lingua quaedam incunabulis est, eo rarius usurpantur propriae enuntiationes finales, ut quae effluxerint ex cogitatione iam exercitatiore excultioreque.

θ. 394 πάντα φέρωμεν ἀολλέα, ὄφρ' ἐνὶ χερσὶν ξεῖνος ἔχων ἐπὶ δόρπον ἴῃ
427 ἰήνατε χαλκόν . . . θέρμετε ὕδωρ, ὄφρα λοεσσάμενος καὶ ἰδὼν . . . δαιτί τε τέρπηται . . .
κ. 335 εὐνῆς ἐπιβείομεν, ὄφρα μιγέντε εὐνῇ καὶ φιλότητι πεποίθομεν ἀλλήλοισιν
ξ. 28 τὸν δ' ἀποπροέηκε σῦν ἀγέμεν μνηστῆρσιν, ὄφρ' ἱερεύσαντες κορεσαίατο θυμόν
π. 25 εἰσελθέ, ὄφρα θυμῷ τέρψομαί σ' εἰσορόων
τ. 98 φέρε δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ, ὄφρα καθεζόμενος εἴπῃ . . . ἐπακούσῃ ὁ ξεῖνος
ψ. 254 ἴομεν λέκτρονδε, ὄφρα ταρπώμεθα κοιμηθέντες
Θ. 375 ἐπέντυε ἵππους, ὄφρ' ἂν καταδῦσα Διὸς δόμον θωρήξομαι
Ω. 294 αἴτει οἰωνὸν δεξιόν, ὄφρα μιν αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσι νοήσας τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆα κίῃς (cf. 312)
581 ἔλιπον δύο φάρεα, ὄφρα νέκυν πυκάσας δοίη οἶκόνδε φέρεσθαι.

Liceat mihi his exemplis statim ea addere, ubi coniunctio finalis non ὄφρα est, sed ὡς:

ι. 42 et 549 ἐδασσάμεθα, ὡς μή τις ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης
π. 169 ἤδη νῦν σῷ παιδὶ ἔπος φάο μηδ' ἐπίκευθε, ὡς ἂν μνηστῆρσι θάνατον ἀραρόντε ἔρχησθον προτὶ ἄστυ
τ. 319 κάτθετε δέμνια καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα, ὥς κ' εὖ θαλπιόων ἠῶ δῖαν ἵκηται
Ζ. 69 μή τις μιμνέτω, ὥς κε πλεῖστα φέρων ἐπὶ νῆας ἴῃ.

Qui usus, qui plerumque in enuntiationibus finalibus ab ὄφρα incipientibus occurrit, inde mihi videtur explicandus, quod participium una cum verbo finito tamquam una sentitur notio; sed simul elucet proprium finem hic non esse tam clare definiteque indicatum quam in iis enuntiationibus, ubi coniunctio ἵνα est. Neque mirandum ὄφρα potissimum exstare in talibus enuntiationibus. Nam ex instrumentali quidem origine ὄφρα finale, ut ἵνα, speciem habet primitus certam definitamque, sed remota primaria illa signi-

fícatione ἵνα et ὄφρα eam potissimum induerunt naturam, quae ex origine altera eaque posteriore effluxit. Ita factum est, ut ἵνα speciem certam definitamque retineret, ὄφρα maxime contrariam sibi vindicaret. Nam cum ὄφρα illud temporale (,bis') prorsus in medio relinquat, quonam temporis puncto actio enuntiationis pendentis sit eventura, necesse est etiam multa illa exempla, ubi ὄφρα finale ex temporali ortum supra vidimus, et secundum hanc analogiam omnino omnes enuntiationes finales ab ὄφρα incipientes eandem praebere naturam. Quod pauca ex exemplis iam supra allatis comprobabunt:

γ. 285 ἔνθα κατέσχετο, ὄφρα θάπτοι καὶ κτερεΐσειεν
κ. 426 ὀτρύνεσθε ἕπεσθαι, ὄφρ' ἂν ἴδησθε
η. 319 οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην, ὄφρ' ἂν ἵκηαι πατρίδα σήν
ρ. 52 ἐλεύσομαι, ὄφρα ξεῖνον καλέσσω
Ζ. 280 Πάριν μετελεύσομαι, ὄφρα καλέσσω
Θ. 191 ἐφομαρτεῖτον·... σπεύδετον, ὄφρα λάβωμεν ἀσπίδα Νεστορέην
Ν. 326 ἔχε ἐπ' ἀριστερὰ στρατοῦ, ὄφρα εἴδομεν.

Paullo definitior fit sensus, sed tamen minime tam definitus quam in enuntiationibus ab ἵνα incipientibus, si in enuntiatione primaria vox exstat locum quendam significans, ut

α. 88 Ἰθάκηνδ' ἐλεύσομαι, ὄφρ' ἐποτρύνω . . . μένος ἐν φρεσὶ θείω
δ. 713 ἐφωρμήθη ἐς Πύλον ἴμεν, ὄφρα πύθηται
ρ. 6 εἶμι ἐς πόλιν, ὄφρα ὄψεταί με μήτηρ
Ε. 221 ἄγε, ἐπιβήσεο ἐμῶν ὀχέων, ὄφρα ἴδηαι
Ζ. 365 ἐλεύσομαι οἶκόνδε, ὄφρα ἴδωμαι
Μ. 356 ἠνώγει ὑμᾶς κεῖσ' ἴμεν, ὄφρ' ἀντιάσητον πόνοιο μίνυνθά περ.

Alia exempla videas supra. Sed iam haec satis comprobant ὄφρα finale habere in se aliquid indefiniti minusque certi. Haec diversitas, quae inter ἵνα et ὄφρα intercedit, etiam eo apparet, quod ἵνα, ut vidimus, numquam cum ἄν vel κεν coniungitur particulis condicionis dubitationisque, ὄφρα saepius (sed minime tam saepe quam quis exspectet legens

Hartungii verba in libro, cui inscribitur ,Lehre von den Partikeln der griech. Sprache' II. p. 289: Keine der Absichtspartikeln hat ἄν und κεν so häufig hinter sich als ὄφρα. Quae verba temere protulit H.: nam quod ille ὄφρα particulae tribuit, maiore iure ὡς sibi vindicare potest). Cuius rei causam videmus positam esse in significatione temporali ὄφρα particulae: nam et ubi ab ὄφρα ,bis' coniunctivus pendet aut optativus, paene numquam ἄν vel κεν deest, et plurimi ex iis locis, ubi ὄφρα finale cum ἄν vel κεν coniunctum est, ad rationem temporalem non ita difficile revocari possunt, ut ζ. 304 διελθέμεν μεγάροιο, ὄφρ' ἂν ἵκηαι μητέρ' ἐμήν, η. 319 οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην, ὄφρ' ἂν ἵκηαι πατρίδα σὴν καὶ δῶμα, μ. 52 ἐκ δ' αὐτοῦ πείρατ' ἀνήφθω, ὄφρα κε (sic plurimi codd., Nauckius sine causa γε) τερπόμενος ὄπ' ἀκούσῃς Σειρήνοιιν, σ. 183 ἄνωχθι Ἀ. καὶ Ἱ. ἐλθέμεναι, ὄφρα κε παρστήετον ἐν μεγάροισιν, 364 πτώσσειν βούλεαι κατὰ δῆμον, ὄφρ' ἂν ἔχῃς βόσκειν σὴν γαστέρα, τ. 17 ἔρυξον ἐνὶ μεγάροισιν γυναῖκας, ὄφρα κεν καταθείομαι ἔντεα πατρὸς ἐς θάλαμον, 45 ὑπολείψομαι αὐτοῦ, ὄφρα κ' ἐρεθίζω . . . , Β. 440 ἴομεν κατὰ στρατὸν Ἀχαιῶν, ὄφρα κ' ἐγείρομεν ἄρηα, Κ. 444 μὲ λίπετε αὐτόθι, ὄφρα κεν ἔλθητον . . . πειρηθῆτον ἐμεῖο, Μ. 26 ὗε, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλιπλόα τείχεα θείη, Υ. 24 ἔρχεσθε, ὄφρ' ἂν ἵκησθε, Χ. 382 εἰ δ' ἄγε πειρηθῶμεν, ὄφρα κε γνῶμεν. Praeterea ὄφρ' ἄν vel ὄφρα κεν exstat γ. 359, κ. 298, π. 234, 236, ρ. 10, Θ. 375, Ο. 23. Aliquot locis ὄφρ' ἄν vel ὄφρα κεν incerta lectio est: δ. 294, κ. 65, ω. 334, Ζ. 365, ubi non semper facile est diiudicatu, utrum verum sit. Videmus igitur ἄν vel κεν coniungi cum ὄφρα perraro tantum, si ὄφρα ad rationem temporalem revocari aut omnino non potest aut non ita facile potest. Qua ex re quid concludendum sit, videas infra p. 57—58.

Porro cum temporali ὄφρα finalis origine illud cohaerere mihi videtur, quod ὄφρα saepissime cum adverbio τάχιστα exstat coniunctum: α. 85, γ. 175, 241, δ. 472, 737, ζ. 32, 289, ο. 292, Δ. 269, Ε. 690, Θ. 9, Ι. 620, Ν. 326, Σ. 343, Ψ. 196. ἵνα τάχιστα occurrit non nisi ε. 492, ὡς τάχιστα non nisi ω. 360, 532.

Transeo nunc, ut eodem fere utar ordine atque in disputatione de particula ἵνα, ad rem quandam sane memorabilem, sed tamen adhuc nondum observatam. Inquirens enim, quatenus ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὅπως usurpata sint in enuntiationibus negativis, vidi ἵνα μή et ὡς (ὅπως) μή saepe exstare in carminibus homericis, perraro ὄφρα μή. Namque quattuor tantum novi locos, qui huc pertinent:

Α. 118 αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίχ' ἑτοιμάσατ', ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικεν
578 μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι . . .
πατρὶ φίλῳ ἐπὶ ἦρα φέρειν Διί, ὄφρα μὴ αὖτε
νεικείῃσι πατὴρ σύν θ' ἡμῖν δαῖτα ταράξῃ
Υ. 303 μόριμον δέ οἵ ἐστ' ἀλέασθαι,
ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται
Χ. 56 ἀλλ' εἰσέρχεο τεῖχος, ἐμὸν τέκος, ὄφρα σαώσῃς
Τρῶας καὶ Τρῳάς, μηδὲ μέγα κῦδος ὀρέξῃς
Πηλείδῃ, αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς.

Sed hic postremus locus, cum negatio cum ipso ὄφρα non coniuncta sit, sed in altero demum enuntiationis finalis membro occurrat, vix huc pertinet. Praeterea monendum est Υ. 303 pro ὄφρα μή Maximum Tyrium 26. 9 legisse ὥς κε μή. Sed utut de his duobus locis iudicas: ὄφρα nusquam fere in carminibus homericis adhibetur in enuntiationibus negativis, qua in re eo magis est cur offendamus, quia ὄφρα in enuntiationibus positivis longe saepissime exstat ex omnibus particulis finalibus. Quod cum casui tribui vix possit, censeo etiam hanc rem artissime cohaerere cum temporali ὄφρα finalis origine. Nam ne in iis quidem enuntiationibus temporalibus, quarum coniunctio est ὄφρα ,bis,' nudam invenies negationem μή, quia id punctum temporis, ad quod ὄφρα spectat, necesse est semper positum sit in enuntiationis temporalis actione, aut in initio aut in fine, sed numquam extra illam actionem.

Sequitur ut de verbis agamus, quae et in enuntiatione primaria ante ὄφρα et in finali post ὄφρα occurrunt, ex quibus, ut in ἵνα, ea tantum afferemus, ubi ὄφρα alii par-

ticulae finali videtur praelatum. Et primum quidem de verbis enuntiationis primariae. Reperimus ὄφρα pendens a καλεῖν (et similibus vocibus, ut κελέσθω ἐλθεῖν γ. 426, ἄνωχθι ἐλθέμεναι σ. 183, ρ. 509, ἠνώγει ἴμεν Μ. 356) δ. 737, χ. 392, 397, Δ. 195, 205, Ο. 56, 63, Ω. 75; ἵνα ρ. 529, Γ. 252 (?). Ab ἄγειν pendet ὄφρα ξ. 78, ρ. 10, φ. 267, Α. 185, Γ. 105, Ψ. 50; ἵνα ξ. 414, ρ. 250, χ. 168. Post φέρειν ὄφρα ϑ. 394, τ. 98, φ. 179, χ. 482, Τ. 144; ἵνα ι. 235; ὡς Ζ. 259. Post ἱστάναι ὄφρα ι. 248, σ. 308, Σ. 344, Χ. 443, Ω. 350; ἵνα μ. 185. Post ὀτρύνειν ὄφρα α. 85, λ. 214, Δ. 269, Τ. 70; ἵνα σ. 54, Ε. 564; ὡς ρ. 76, 362. Verba mittendi potissimum coniunguntur cum ὄφρα: πέμπειν ὄφρα ο. 15, Ω. 312; ἵνα α. 95, Π. 576; ὡς ε. 26, 168, π. 84. ἐκπέμπειν ἵνα Ω. 381. προϊέναι ὄφρα κ. 26, ω. 334. ἀποπέμπειν ὄφρα κ. 65. ἱέναι ὄφρα ο. 294, Ψ. 177. ἀνῆκέν μ' ἰέναι ὄφρα ρ. 426. κομίζειν ὄφρα Ε. 360. προπέμπειν ὡς ω. 360. Post ἰέναι ὄφρα γ. 421, δ. 713, ϑ. 12, ξ. 45, ρ. 6, 426, ψ. 83, 255, Β. 440, Μ. 356, Σ. 63, 114, 147; ἵνα γ. 361, ζ. 50, Γ. 130, Ψ. 205, Ω. 43; ὡς Ζ. 143, Υ. 429. Post ἔρχεσθαι ὄφρα α. 88, β. 329, γ. 426, ϑ. 42, λ. 94, μ. 428, ρ. 52, 509, σ. 183, Δ. 249, Η. 365, Λ. 839, Ο. 56, Υ. 24, Ψ. 197, 210, 737; ἵνα ρ. 175, τ. 413, Α. 203, Β. 381, Η. 26, Τ. 275. Post ἐπιβαίνειν ὄφρα κ. 335, 341, Ε. 221, Θ. 105; ἵνα δ. 710; ὡς ν. 319. Post ἕπεσθαι ὄφρα γ. 359, ζ. 32, κ. 426, ο. 432, ψ. 52, Α. 158, Κ. 146, Ν. 381; ἵνα (ε. 91), λ. 169, Π. 576, Σ. 387. Quod de verbis mittendi, idem valet de verbis manendi et linquendi: μένειν ὄφρα Β. 299, Δ. 249, Ζ. 258, Θ. 96. ἐπιμένειν ὄφρα α. 310. λείπειν ὄφρα Κ. 444, Ω. 581. κατέχεσθαι ὄφρα γ. 285. ἐρύκειν ὄφρα τ. 17. ὑπολείπεσθαι ὄφρα τ. 45. μίμνειν ὡς Ζ. 69. καταλείπειν ὡς π. 297. Post διδόναι ὄφρα δ. 670, υ. 296, φ. 281, 336, Ε. 360, Η. 80, 300, Μ. 7, Π. 524, Χ. 342; ἵνα δ. 591, κ. 33, σ. 191, τ. 198, (Β. 206), Ε. 3, Ρ. 445, Ψ. 297, 552, 610. Post εἰπεῖν ὄφρα ϑ. 556, ι. 280, ω. 329; ἵνα ι. 356, μ. 156, ν. 418, σ. 339; ὡς δ. 749. Post ἀγορεύειν ὄφρα α. 174,

δ. 645, ν. 232, ξ. 186, ω. 258, 297, 463, *I*. 370; ἵνα ν. 327. Post κλύειν ὄφρα ζ. 239, η. 187, ϑ. 27, μ. 272, ϱ. 469, σ. 43, 352, υ. 292, (φ. 276), *H*. 68, 349, 369, *Θ*. 6, *Σ* 52, *T*. 102. Post δαῆναι ὄφρα *Z*. 150, *Y*. 213, *Φ*. 487. Post δεικνύναι, σημαίνειν ὄφρα ν. 344, φ. 218, *Z*. 170; ἵνα μ. 26. Post βάλλειν ὄφρα υ. 81, *Θ*. 406, 420; ἵνα *M*. 458. Post τάμνειν ὄφρα *Z*. 195, *Y*. 185, *X*. 328; ἵνα *Φ*. 38. Post ποιεῖν ὄφρα *H*. 340, 439, *Y*. 147.

Haec fere sunt ea enuntiationis primariae verba, quae in enuntiato finali saepius sequitur ὄφρα. Sane haud exiguus numerus, ex quo videmus, quam late pateat ὄφρα finale in carminibus homericis et propter originem temporalem et propter generalem quam paullatim induit naturam. Idem apparet iis verbis, quae saepius post ὄφρα in enuntiatione suspensa reperimus. Ad quae me nunc converto.

Ante αἱρεῖν exstat ὄφρα δ. 463, ω. 334, *E*. 690, *Π*. 653; ἵνα *Ξ*. 365; ὡς ξ. 295. Ante ἀκούειν ὄφρα μ. 52, ξ. 327, τ. 296, *Σ*. 63; ἵνα λ. 561, μ. 18; ὡς *B*. 282. Ante ἀπόλλυσϑαι ὄφρα ϱ. 426, *Z*. 170, *Y*. 313; ὡς ξ. 181. Ante γιγνώσκειν ὄφρα χ. 373, *E* 128, *Z*. 230, *X*. 382; ἵνα *A*. 304, 410, *Ψ*. 487, 610; ὡς ϱ. 362, *Π*. 271. Ante δαῆναι ὄφρα ι. 280, *B*. 299, *K*. 425, *Π*. 423, *Φ*. 61. Ante δύνειν ὄφρα σ. 347, υ. 285, *Σ*. 376. Ante εἰδέναι ὄφρα α. 174, δ. 645, η. 317, ι. 16, 348, ν. 232, ξ. 186, π. 236, χ. 234, ω. 258, 297, 463, *A*. 185, 515, *Z*. 150, *Θ*. 406, 420, *N*. 326, *Σ*. 52, *Y*. 213, *Φ*. 487; ἵνα β. 111, *A*. 363, *Θ*. 18, *Π*. 19, *Y*. 122, *X*. 244. Ante εἰπεῖν ὄφρα α. 85, ζ. 239, η. 187, ϑ. 27, 241, λ. 96, μ. 272, ξ. 45, ϱ. 469, σ. 43, 352, υ. 292, (φ. 276), χ. 373, 392, 397, *H*. 68, 300, 349, 369, *Θ*. 6, *M*. 317, *O*. 57, *T*. 102, *Ω*. 75; ἵνα α. 302, γ. 200, 361, λ. 224, ν. 303; ὡς γ. 19. Ante ἔρχεσϑαι ὄφρα γ. 421, *K*. 444, *O*. 57; ἵνα *K*. 368. Ante ἱκνεῖσϑαι ὄφρα δ. 473, ζ. 304, η. 319, κ. 65, υ. 81, *E*. 360, *K*. 325, *O*. 23, *Y* 24; ἵνα β. 307, κ. 33, *T*. 348, 354; ὡς ε. 26, 144, 168, *Z*. 143, *Θ*. 508, *Y*. 429. Ante ἱλάσκεσϑαι ὄφρα γ. 419, *A*. 147, 444. Ante μάχεσϑαι

ὄφρα *Δ*. 269, *E*. 227, *Π*. 526, *P*. 480, *T*. 231; ἵνα λ. 169, ξ. 71. Ante μένειν ὄφρα ϑ. 275, μ. 161, *N*. 37, *Ω*. 657; ἵνα ν. 364, *Ω*. 382. Ante νέμεσϑαι ὄφρα υ. 336, *Z*. 195, *Y*. 185, *Ψ*. 177. Ante ὁρᾶν ὄφρα ι. 229, κ. 426, λ. 94, ο. 432, ϱ. 6, φ. 112, 336, ψ. 5, 83, *B*. 237, *Γ*. 163, *Δ*. 195, 205, 249, *E*. 221, *Z*. 365. *Θ*. 105, 110, 376, *K*. 97, *N*. 449, *O*. 32, *Π*. 242, *Σ*. 83, *T*. 144, *Φ*. 61; ὡς *T*. 151, *Ω*. 583; ἵνα ζ. 311, ϑ. 307, κ. 387, *A*. 203, *Γ*. 130, *T*. 173, *Ω*. 555. Ante ὀτρύνειν ὄφρα α. 88, *O*. 59, *Π*. 524; ἵνα ι. 517, *O*. 402. Ante πειρᾶσϑαι ὄφρα φ. 179, 267, 281, *K*. 444, *T*. 70; ἵνα σ. 369. Ante πεποιϑέναι ὄφρα ν. 344, ω. 329, *A*. 524 (cf. ὄφρα ante πιστοῦσϑαι φ. 218). Ante πίνειν ὄφρα κ. 316, λ. 96, χ. 11, *Ω*. 350. Ante πυνϑάνεσϑαι ὄφρα γ. 15, δ. 713, ϑ. 12, *P*. 685; ἵνα α. 157, δ. 70, ϱ. 592, *H*. 195. Ante στεναχίζειν ὄφρα ι. 13, λ. 214, π. 195. Ante τέρπεσϑαι ὄφρα δ. 295, λ. 212, *Ω*. 636; ἵνα ϑ. 542. Ante τιϑέναι ὄφρα α. 89, κ. 341, *M*. 26; ἵνα ε. 91, ι. 517, *Σ*. 387. Ante φέρειν ὄφρα β. 329, κ. 26, *Z*. 258, *Σ*. 147; ἵνα ε. 2, ψ. 348, *Λ*. 2, *T*. 2; ὡς ε. 164.

Videmus igitur etiam in enuntiationibus finalibus permulta verba praeferre ὄφρα alii coniunctioni, quod non forte casuque accidit, sed maximam partem ex temporali ὄφρα finalis explicandum est origine. Nam in iis enuntiationibus temporalibus, quae ab ὄφρα ‚bis' incipiunt, actio statim excipit actionem enuntiationis primariae, quod idem in permultis occurrit verbis supra allatis, ut in ἀκούειν, γιγνώσκειν, δαῆναι, εἰδέναι, ὁρᾶν, πεποιϑέναι, πυνϑάνεσϑαι.

Denique ut in ἵνα sic etiam hic pauca de formulis dicam, in quibus ὄφρα reperitur. Hic imprimis commemorandi sunt hi versus:

καί μοι τοῦτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' ἐῢ εἰδῶ: α. 174, δ. 645, ν. 232, ξ. 186, ω. 258, 297, 463.

κλῦτέ μευ ὄφρα τι εἴπω: ζ. 239, σ. 43, υ. 292.

κέκλυτε . . ., ὄφρ' εἴπω, τά με ϑυμὸς ἐνὶ στήϑεσσι κελεύει: η. 187, ϑ. 27, ϱ. 469, *H*. 68, 349, 369, *Θ*. 6, *T*. 102.

κέκλυτέ μευ μύθων . . ., ὄφρ' ὑμῖν εἴπω: μ. 272.
ἀπόειπε . . ., ὄφρ' ἐὺ εἰδῶ: *A*. 515.
εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' ἐὺ εἰδῇς: *Z*. 150, *Y*. 213.
δίειπε, ὄφρα δαείω: *K*. 425.
κλῦτε, ὄφρα . . . εἴδετε: Σ. 52.

His ex locis, qui partim prorsus in formularum abierunt similitudinem, omnes autem colorem quendam prae se ferunt epicum, apparet *ὄφρα* non modo omnino multo saepius in carminibus homericis usurpatum esse quam alias particulas finales, sed etiam iis potissimum locis, ubi color magis epicus est quam alibi. Praeterea unusquisque videt omnibus istis locis *ὄφρα* non ita longe remotum esse a significatione temporali: id modo interest, quod *εἰδῶ* revocandum est ad futurum primum, *εἴπω* ad futurum exactum. Quorum omnium Nauckius non videtur habuisse rationem, cum omnibus iis locis, ubi *ὄφρ' εἴπω* exstat, codd. scripturam mutat in *ὡς εἴπω*, ea, ut suspicor, commotus causa, ne *α* ante pristinum *ϝ* elidatur. Sed neque probabile est aetate homerica literam *ϝ* adeo nondum fuisse debilem, ut *ὄφρ' εἴπω* dici non potuerit, et color epicus, qui illis formulis inest, magnam partem evanescit, si *ὄφρα* particulam prorsus epicam delemus. Quibus ex causis Nauckio minime est adstipulandum.

ΩΣ et ΟΠΩΣ.

In priore dissertationis capite *ὡς* et *ὅπως* tractavi singulatim, neque id sine causa: in hoc altero, cum in utriusque vi finali una eademque videatur esse ratio, utramque particulam quasi pro una ita habebo, ut disiungam tum tantum, si apparebit intercedere sane aliquod inter eas discrimen.

Sed priusquam ad ipsa *ὡς* et *ὅπως* finalia accedam, obiter attingenda videntur ea exempla, ubi *ὡς* vel *ὅπως* occurrit post *φράζεσθαι, μερμηρίζειν, ὁρμαίνειν, βουλεύειν, πειρᾶν, πειρᾶσθαι*, alia verba, ut *α*. 270 *σὲ δὲ φράζεσθαι*

ἄνωγα, ὅππως κε μνηστῆρας ἀπώσεαι ἐκ μεγάροιο, β. 316 *πειρήσω, ὥς κ' ὔμμι κακὰς ἐπὶ κῆρας ἰήλω*, *A*. 344 *οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, ὅπως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέοιντο Ἀχαιοί*, Θ. 37 *βουλὴν Ἀργείοις ὑποθησόμεθα, ὡς μὴ πάντες ὄλωνται κτλ*. Quibus de enuntiationibus hic demum dico propterea, quod medium quendam locum tenent inter vim explicativam et finalem: nam sola enuntiationis primariae verborum natura parum definita nos prohibet, quominus enuntiato pendenti vim tribuamus pure finalem. Ceterum dubitari nequit, quin *ὡς* et *ὅπως* omnibus iis locis, qui huc pertinent relative intelligenda et primitus fuerint et omnino sint (cf. Delbrückium Coni. u. Opt. p. 61). Nam quamquam facillimum videtur multas ex illis enuntiationibus ad indirectam quae dicitur interrogationem revocare, tamen id fieri nequit propterea, quod sine ullo discrimine et *ὅπως* usurpatur et *ὡς*, quod constat interrogativum numquam fuisse.

Sed iam ad ipsas enuntiationes finales ab *ὡς* et *ὅπως* incipientes.

I.

Ut *ἵνα* et *ὄφρα* finalia ad significationes antiquiores revocavimus, ita etiam de *ὡς* et *ὅπως* quaerendum videtur, quatenus earum enuntiationum finalium, quae ab illis incipiunt, origo cognosci possit. Et in universum quidem recte id perspexit Schoemannus Lehre von den Redetheilen, cum pag. 184 dicit: ‚Weil ein Zweck nur durch eine ihm angemessne Thätigkeit erreicht werden kann, die Beschaffenheit des Thuns nothwendig dem beabsichtigten Zweck gemäss sein muss, so ist leicht begreiflich, wie das Qualitätsadverbium zur Anwendung auch als Finalconiunction geeignet war‘. Ita bene intelligitur, quomodo *ὡς* et *ὅπως* finalem induere potuerint significationem: sed cum *ὡς* et *ὅπως* binas habeant notiones finali antiquiores (*ὡς* demonstrativam et relativam, *ὅπως* interrogativam et relativam), quaeritur, ex quanam harum via quaedam ducat ad finalem. Et de interrogativa notionum via quaedam ducat ad finalem. Et de interrogativa notione quidem omnino non cogitandum; ambigi autem potest, utrum *ὡς* et *ὅπως* finalia ad relativam significationem revocanda

sint an ad demonstrativam. Hic facile quispiam putet notionem finalem ex iis locis profectam esse, quos modo attigi ideoque primitus fuisse relativam. Quod non probo, non eam quidem ob rem, quod omnino omnia relativa originem habuerunt demonstrativam, sed quia exempla homerica me docent ὡς et ὅπως finalia ab ipso ὥς demonstrativo repetenda esse. Nam longe plurima ex iis exemplis, quae carmina homerica nobis praebent, cum perfacile ita intelligi possint, ut primitus constiterint duobus ex membris, quae iam per se sui iuris sunt et coniunguntur ὥς demonstrativo, elucet a forma primaria eaque omnium enuntiationum relativarum primitus propria minus longe abesse quam alia enuntiata suspensa. Id cadit imprimis in eos locos, ubi enuntiationis primariae verbum tempore utitur praesenti vel futuro vel simili quodam. Conferas, ut exemplum afferam, ε. 168 *πέμψω οὖρον, ὥς κ' ἀσκηθὴς σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκηαι*, ubi nihil nos prohibet, quin struamus: *πέμψω οὖρον· ὥς (= οὕτως) κεν ἵκηαι (= ἵξει) σὴν πατρίδα γαῖαν*. Similiter iudicandum est de permultis aliis locis, ut de

β. 53 *ἀπερρίγασι πατρὸς ἐς οἶκον Ἰκαρίοιο νέεσθαι, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα δοίη θ', ᾧ κ' ἐθέλοι*
376 *ὄμοσον μὴ μητρὶ τάδε μυθήσασθαι, ὡς ἂν μὴ κλαίουσα κατὰ χρόα καλὸν ἰάπτῃ* (cf. δ. 749).
δ. 672 *δότε νῆα, ὄφρα μιν λοχήσομαι ἠδὲ φυλάξω . . ., ὡς ἂν ἐπισμυγερῶς ναυτίλλεται εἵνεκα πατρός*
ε. 26 *Τηλέμαχον πέμψον, ὥς κ' ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται . . ., μνηστῆρες δ' ἐνὶ νηὶ παλιμπετὲς ἀπονέωνται*
164 *πῆξαι ἴκρια ἐπὶ σχεδίης, ὥς σε φέρῃσιν*
η. 223 *ὀτρύνεσθε, ὥς κ' ἐπιβήσετε ἐμὲ ἐμῆς πάτρης*
θ. 101 *ἀέθλων πειρηθῶμεν, ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ*
251 *παίσατε, ὡς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ*
ν. 402 *κνυζώσω τοι ὄσσε, ὡς ἂν φανήῃς ἀεικέλιος*
π. 84 *πέμψω σῖτον, ὡς ἂν μή σε καὶ ἑταίρους κατατρύχῃ*
169 *ἤδη νῦν σῷ παιδὶ ἔπος φάο μηδ' ἐπίκευθε, ὡς ἂν μνηστῆρσι θάνατον ἀραρόντε ἔρχησθον προτὶ ἄστυ*
297 *καλλιπέειν νῶιν δύο φάσγανα . . . δοῦρε . . . βοάγρια, ὡς ἂν ἑλοίμεθα*

ρ. 76 *ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας, ὥς τοι δῶρα ἀποπέμψω*
τ. 319 *κάτθετε εὐνήν, δέμνια καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα, ὥς κ' εὖ θαλπιόων ἠῶ δῖαν ἵκηται*
321 *λόεσσαί τε χρῖσαί τε, ὥς κ' ἔνδον παρὰ Τηλεμάχῳ δείπνοιο μέδηται*
χ. 177 *σειρὴν κίον' ἀν' ὑψηλὴν ἐρύσαι πελάσαι τε δοκοῖσιν, ὥς κεν δηθὰ ζωὸς ἐὼν ἄλγεα πάσχῃ*
ψ. 135 *ἀοιδὸς ἡγείσθω ὀρχηθμοῖο, ὥς κέν τις φαίη γάμον ἔμμεναι*
ω. 532 *ἴσχεσθε πολέμου, ὥς κεν ἀναιμωτὶ διακρινθῆτε*
Α. 32 *μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι*
Β. 363 *κρῖνε ἄνδρας κατὰ φρήτρας, ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ*
385 *εὖ δέ τις πολέμοιο μεδέσθω, ὥς κε πανημέριοι κρινώμεθ' ἄρηι*
Ζ. 69 *μή τις μιμνέτω, ὥς κε πλεῖστα φέρων ἐπὶ νῆας ἵκηται*
143 *ἆσσον ἴθι, ὥς κε θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι* (cf. Υ. 429)
259 *μένε, ὄφρα κέ τοι οἶνον ἐνείκω . . ., ὡς σπείσῃς Διί, ἔπειτα δὲ καὐτὸς ὀνήσεαι*
364 *ἐπειγέσθω, ὥς κεν ἐμὲ καταμάρψῃ*
Η. 294 *ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, ὡς σύ τ' ἐυφρήνῃς πάντας Ἀχαιούς . . ., αὐτὰρ ἐγὼ Τρῶας ἐυφρανέω*
334 *κατακήομεν νεκρούς, ὥς κεν ὀστέα παισὶν ἕκαστος οἴκαδ' ἄγῃ*
463 *ἠιόνα ψαμάθοισι καλύψαι, ὥς κεν ἀμαλδύνηται μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν*
Θ. 182 *μνημοσύνη πυρὸς γενέσθω, ὡς πυρὶ νῆας ἐνιπρήσω . . . κτείνω δὲ καὶ αὐτούς*
508 *ἐπὶ δὲ ξύλα πολλὰ λέγεσθε, ὥς κεν πυρὰ πολλὰ καίωμεν . . ., σέλας δ' εἰς οὐρανὸν ἵκῃ*
Ι. 311 *χρὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν, ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος*
Π. 84 *πείθεο, ὡς ἄν μοι ἄρηαι μεγάλην τιμὴν καὶ κῦδος*

Π. 271 *μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς, ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν*
Τ. 151 *μνησώμεθα χάρμης, ὥς κέ τις Ἀχιλῆα ἴδηται ὀλέκοντα φάλαγγας.*

Neque de origine paratactica desperandum in iis exemplis, ubi enuntiationis primariae verbum tempore utitur praeterito: nam quamquam pristina forma tam clare hic non iam apparet quam illic, tamen origo demonstrativa obscurata esse magis videtur quam omnino numquam fuisse. Huc pertinent hi loci:

γ. 145 *βούλετο λαὸν ἐρυκακέειν ῥέξαι θ' ἱερὰς ἑκατόμβας, ὡς ἐξακεσαίατο τὸν Ἀθηναίης χόλον*
ζ. 129 *πτόρθον φύλλων κλάσεν, ὡς περὶ χροὶ μήδεα φωτὸς ῥύσαιτο*
319 *μάλ' ἡνιόχευεν, ὅπως ἅμ' ἑποίατο πεζοί . . .*
θ. 21 *μακρότερόν μιν θῆκεν, ὥς κεν φίλος πάντεσσι γένοιτο . . . ἐκτελέσειεν ἀέθλους*
ι. 42, 549 *ἐδασσάμεθα, ὡς μή τις ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης*
ν. 319 *οὐκ ἐνόησά σ' ἐμῆς νηὸς ἐπιβᾶσαν, ὅπως τί μοι ἄλγος ἀλάλκοις*
ξ. 297 *ἐπὶ νηὸς ἐς Λιβύην μ' ἐέσσατο ψεύδεα βουλεύσας, ἵνα . . ., κεῖθι δέ μ' ὡς περάσειε . . . ὦνον ἕλοιτο*
312 *Ζεὺς ἐμοὶ ἱστὸν νηὸς ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν, ὅπως ἔτι πῆμα φύγοιμι*
ρ. 362 *Ἀθήνη ὤτρυνεν Ὀδυσῆα, ὡς ἂν πύρνα κατὰ μνηστῆρας ἀγείροι . . . γνοίη*
σ. 160 *Πηνελοπείῃ ἐπὶ φρεσὶν θῆκεν Ἀθήνη μνηστήρεσσι φανῆναι, ὅπως πετάσειε μάλιστα θυμὸν μνηστήρων ἰδὲ γένοιτο . . .*
χ. 472 *ἀμφὶ δὲ πάσαις δειρῇσι βρόχοι ἦσαν, ὅπως οἴκτιστα θάνοιεν*
ω. 83 *ἐχεύαμεν τύμβον ἐπ' ἀκτῇ, ὥς κεν τηλεφανὴς εἴη*
Β. 282 *σιωπᾶν λαὸν ἀνώγει, ὡς μῦθον ἀκούσειαν . . . ἐπιφρασαίατο*
Ε. 24 *ἐσάωσεν, ὡς μὴ πάγχυ γέρων ἀκαχημένος εἴη*
Ι. 461 *ἔθηκεν ἐνὶ θυμῷ δήμου φάτιν καὶ . . ., ὡς μὴ πατροφόνος καλεοίμην*

Κ. 491 *τὸν δ' Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκε, τὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ, ὅππως ἵπποι ῥεῖα διέλθοιεν μηδὲ τρομεοίατο* (cf. p. 14)
Φ. 548 *ἔστη, ὅπως θανάτοιο κῆρας ἀλάλκοι*
605 *δόλῳ ἔθελγεν Ἀπόλλων, ὡς ἔλποιτο ἀεὶ κιχήσεσθαι ποσσὶν οἷσιν*
Ω. 583 *δμῳὰς λοῦσαι κέλετο ἀμφί τ' ἀλεῖψαι νόσφιν ἀειράσας, ὡς μὴ Πρίαμος ἴδοι υἱόν.*

Offendi potest, id quod sententiae a me modo propositae minime favere videtur, in eo, quod non raro illis in locis, quorum primam formam parataxin fuisse censeo, ὅπως occurrit, quod constat numquam significatione usurpatum esse demonstrativa. Sed haec ipsa res tantum abest, ut opinioni meae adversetur, ut eam non leviter tueatur. Nam transitum illum ex parataxi in hypotaxin factum censeo ita, ut demonstrativa ὥς particulae vis paullatim ex memoria evanesceret et enuntiatio ab ea incipiens dicta sentiretur ex subiecti consilio. Ita cum non iam diversitas videretur inter ὡς coniunctionem et ὡς relativum, iam sine discrimine et ὡς adhibebatur et ὅπως, quod saepe videbant eodem modo usurpari atque ὡς. Hac cum ratiocinatione paene usquequaque consentit ὡς et ὅπως particularum in enuntiationibus finalibus usus homericus. Nam ὅπως finale talibus locis, ubi ratio finalis ad pristinam formam facile revocari potest, ter tantum occurrit (*α.* 57, *γ.* 19, *Α.* 136), aliis iisque paucioribus, ubi id propter verbi regentis tempus praeteritum facile fieri nequit, octies (*ζ.* 319, *θ.* 345, *ν.* 319, *ξ.* 312, *σ.* 160, *χ.* 472, *Κ.* 491, *Φ.* 548). Praeterea ὅπως finale exstat *ξ.* 181, quo loco verbum regens tempore quidem utitur praesenti, sed parataxis pristina haud ita facile perspicitur. Nostro igitur iam iure concludimus in universum quidem aetate homerica memoriam ὡς et ὅπως finalium originis minime fuisse integram, sed tamen cum ὅπως ibi vix habeat locum, ubi pristina forma magis patet quam alibi, non prorsus eam ex linguae indole exstinctam fuisse. Id sententiae supra propositae favere vix quisquam negabit. Aliam

causam, qua confirmari opinionem meam puto, videas infra p. 57 – 58.

II.

Hac ex origine etiam vis pendet, qua ὡς et ὅπως in enuntiationibus finalibus praedita sunt. Nam propter facilitatem, qua longe plurimi loci huc pertinentes ad pristinam formam revocari aut possunt aut possent, nisi verbum regens tempore uteretur praeterito, mihi quidem vix dubium est, quin eae enuntiationes finales, quae ab ὡς vel ὅπως incipiunt, maximam partem non ipsum finem indicent, sed rationem quandam ex fine et consecutione mixtam. Id elucet magis cadere partim in eos locos, ubi pristina forma propter verbi regentis tempus aliquanto clarius etiam patet, partim in eos, ubi nondum recens ὅπως pro antiquo illo ὡς irrepsit. Hinc explicandum est illud quoque, quod ὡς supra vidimus interdum non nisi consecutive intelligendum esse. Perraro tantum ὡς in carminibus homericis ita usurpatur, ut sola notio finalis insit, ne minimus quidem color consecutivus, ut

ω. 360 *προὔπεμψε Τηλέμαχον καὶ βουκόλον καὶ συβώτην,*
ὡς ἂν ἐφοπλίσσωσι δεῖπνον

Γ. 166 *δεῦρο πάροιθεν ἐμεῖο ἐλθοῦσα ἵζευ, ὄφρα ἴδῃ ...,*
ὡς ἐξονομήνῃς

Τ. 331 *ἐώλπει θυμός σε νέεσθαι, ὡς ἂν μοι τὸν παῖδα*
Σκυρόθεν ἐξαγάγοις

Ψ. 361 *παρὰ δὲ σκοπὸν εἷσεν Φοίνικα, ὡς μεμνέῳτο δρόμους . . . ἀποείποι ἀληθείην.*

Praeterea huc pertinent aliquot ex illis locis, ubi cum in comprehensione verborum eadem fere omnes exstent particulae finales sine ullo discrimine, verisimile est nullam intercessisse in earum usu diversitatem.

Haec de natura, quam ὡς et ὅπως finalia in usu homerico prae se ferunt.

Praeterea unum tantum habeo satis dignum, de quo quaeratur: quibusnam finibus circumscriptus sit usus particularum ἂν et κεν in iis enuntiationibus finalibus, quae ab ὡς (ὅπως) incipiunt. Haec res ita se habet: ὡς ἂν vel κεν (ne semel quidem ὅπως ἂν vel κεν) exstat in carminibus homericis 35 locis, quo ex numero 30 locis verborum comprehensio ad pristinam formam perfacile revocari potest, 5 locis (*ϑ.* 21, *ϱ.* 62, *ω.* 83, 360, *T.* 331) difficilius. Nudum ὡς vel ὅπως reperimus 31 locis, et ita quidem, ut 19 locis (*γ.* 145, *ζ.* 129, 319, *ϑ.* 345, *ι.* 42, 549, *ν.* 319, *ξ.* 295, 312, *σ.* 160, *χ.* 472, *B.* 282, *E.* 24, *I.* 461, *K.* 491, *Φ.* 548, 604, *Ψ.* 361, *Ω.* 583) propter enuntiationis primariae verbum praeteritum hypotaxis in parataxin facile commutari nequeat, 12 locis occurrat in enuntiatione primaria tempus praesens aut futurum aut simile quoddam (*α.* 57, *γ.* 19, *ε.* 164, *ξ.* 181, *ϱ.* 76, *A.* 136, *B.* 363, *Γ.* 166, *Z.* 259, *H.* 294, *Θ.* 182. *I.* 311). Sed non omnibus his 12 locis origo ὡς (ὅπως) finalis manifesto patet: nam *α.* 57, *γ.* 19, *ξ.* 181, *A.* 136 iam ὅπως pro ὡς usurpatum docet memoriam illam evanuisse, praeterea pro certo dici potest *Γ.* 166 (162 *δεῦρο πάροιθεν ἐλθοῦσα, φίλον τέκος, ἵζευ ἐμεῖο, ὄφρα ἴδῃ . . .,* (166) *ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς*) et *Z.* 259 (*ἀλλὰ μέν', ὄφρα κέ τοι μελιηδέα οἶνον ἐνείκω, ὡς σπείσῃς . . .* neminem Graecum in ὡς consecutivi quidquam sensisse. Videmus igitur 30 locis, ubi manifestum est ὡς finale ex demonstrativo ὥς originem traxisse, reperiri ἂν vel κεν, 6 locis, de quibus idem valet, non reperiri, porro 25 locis, ubi id minus clare apparet, ἂν vel κεν non exstare, 6 locis eiusdem generis exstare. Jam his ex numeris nostro iure concludere possumus: quo propius enuntiatio finalis ab ὡς (ὅπως) incipiens ad significationem accedat principalem, eo facilius in carminibus homericis usurpari ἂν vel κεν. Quod imprimis manifestum fit eo, quod ne uno quidem loco ὅπως finale in carminibus homericis cum ἂν vel κεν occurrit coniunctum. Neque tota haec res nobis est miranda: nam si, ut exemplum afferam, *ν.* 402 *κνυζώσω τοι ὄσσε, ὡς ἂν φανήῃς ἀεικέλιος* alterum membrum cogitamus sui iuris neque pendens ab enuntiatione primaria, ἂν deesse omnino nequit. Ita etiam haec

res facere non potest, quin sententiae faveat ei, quam de origine ὡς (ὅπως) finalis proposui.

Hac disquisitione quod effectum est, si comparamus cum iis, quae de ὄφρ' ἄν vel ὄφρα κεν disputavimus, iam plane in universum possumus dicere particulas finales (sc. excepto ἵνα, a quo ἄν et κεν omnino abhorrent), quo longius remotae sint a vi principali et quo magis significent non nisi finem per se, eo magis repudiare ἄν et κεν. Ita iam sermonem homericum videmus ea progredi via, quam postea lingua graeca, imprimis sermo pedester semper tenuit et multo quidem magis quam priscis illis temporibus.

VITA.

Natus sum ego, Timotheus Albertus Keil, Islebiae a. d. XII Cal. Mai. anni h. s. LVII patre Alberto, matre Amalia e gente Hoefer, quos superstites esse magnopere gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis imbutus inde ab aetatis anno XII gymnasium frequentavi Islebiense, quod tunc Schwalbius regebat vir humanissimus doctissimus, nunc floret sub Gerhardtii auspiciis viri perillustris. Islebia anni LXXV autumno maturitatis testimonio praeditus Lipsiam commigravi studiis operam daturus philologicis. Et per duo prima quidem semestria, cum simul stipendia facerem, non multum in literis profeci, per tertium et quartum scholas frequentavi professorum Biedermann, Curtius, Drobisch, Gardthausen, Heinze, Hermann, Hübschmann, Lange, Overbeck, Ribbeck, Voigt, Zarncke. Autumno anni LXXVII Bonnam me contuli, ubi per bis sex menses institutione utebar professorum Bernays, Buecheler, Kekulé, Menzel, Neuhaeuser, Schaarschmidt, Usener, Wilmanns. Denique inde ab autumno anni LXXVIII Halis Saxonum in studia incubui, et ita quidem, ut lectiones audirem virorum doctissimorum Gering, Haym, Heydemann, Keil, Kirchhoff, Kramer, J. Zacher, K. Zacher. Seminarii philologici, cui praesunt Keil, Hiller, Dittenberger, per duo semestria sodalis fui, per unum extraordinarius, per alterum ordinarius. Praeterea Henrici Keilii benevolentia societati philologicae per tria semestria interfui, J. Zacheri, per duo semestria societati theodiscae. Quibus omnibus viris optime de me meritis, imprimis H. Keilio viro humanissimo illustrissimo gratiam semper habebo quam maximam.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

In Baccharum Euripidis prologo duplicis recensionis vestigia clare etiam apparent.

II.

Stesimbroti Thasii liber a Plutarcho saepius commemoratus pro suppositicio habendus non est.

III.

Hom. hymn. in Cer. 113 *τίς ποθεν ἐσσὶ γρηῢ παλαιγενέων ἀνθρώπων* pro *παλαιγενέων* recte scripsit Buechelerus *χαμαιγενέων*.

IV.

Soph. Oed. Col. 305 sqq.

πολὺ γάρ, ὦ γέρον, τὸ σὸν
ὄνομα διήκει πάντας, ὥστε, κεἰ βραδὺς
εὕδει, κλύων σοῦ δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς

pro *βραδύς* scribendum est *βαθύ*.

V.

Soph. Oed. Col. 436

οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν

corrigendum censeo

οὐδεὶς ἔρωθ' ὃς τόνδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν.